



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Pars II. In qua, quo mysteria Iesv Christi, & eorum circumstantiæ
meditand[a]e sint modo, & quales ex horum meditatione eliciendi
effectus, traditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)



PARS SECUNDA.

IN QVA, QV
MYSTERIA IESV CHR
STI, ET EORVM CI
cumstantiæ meditandæ sint m
do, & quales ex horum me
ditatione eliciendi
effectus, tradi-
tur.

CAPVT I.

*Quomodo oratio auspicianda sit, sese
coram Deo humiliando.*

HXPOSIVIMVS iam ab
tè, quibus ad orationem
diuinorum q; mysterio
rum meditationem pa
rare se debeat modis homo, & cum
iam in locum, in quo cum reueren
tia meditationē instituturus sit, de
duximus. Hic ergò positus, ante om
nia, postquam se sanctissimæ crucis
signo

DE ORAT. MENTALI. 89

figno armarit, animæ oculis Deum
velut præsentem intuitus, se coram
illo humiliet gratiam ad benè rite-
que orandum & meditandum, fru-
ctumq; optatum inde eliciendum,
postulans. Intueatur inquam Dei
quem præsentem habet magnitudi-
nem, & dominum illum, què intue-
tur, bonum omne quod habet, à sei-
pso habere, & infinitum à quo om-
ne bonum promanat fontem esse
cogitet: & ad seipsum ingrediens, à
se nihil omnino, neu quid quod esse
aut valorè habeat, verum innume-
ra quæ perpetravit peccata, habere
se consideret. Videat quoque, num
iam aliqua in præsentiarum in ani-
ma sit culpa, & inordinatus erga
creaturas affectus, qui divinæ ma-
iestatis oculis displiceat: atque hac
agnitione concepta se inclinet, &
coram Domino ante quem versatur
se humiliet, seque ex corde vilissi-
mam quandam creaturam, omni
bono indignam, quin potius omni
ob peccata cruciatu & tormento
dignissimam agnoscat. Si quid verò
in se

90 FRANC. ARIAS CAP. I
in se tunc, quod oculos Domini
presentis offendat, reperiat, et
dem penitens erubescat, & ex
corde emendationem in posterum
spondeat, Dominoque supplicet
misericordia, & sacratissimæ pas-
sionis meritis benignus ignoscat,
quidquid arctam cum ipso commu-
nicationem impedire queat, au-
re dignetur. Ex animo quoque ad Do-
mino presentem petat, ut infinitæ
misericordiæ, & per sacratissimam pas-
sionis merita dona communicet. Vo-
toto hoc die omnes suas cogitatio-
nes, verba, operaque dirigat, quæ
purè in omnibus eius gloriam qua-
rat; hac autem orationis hora gra-
tiam, ad ingentem inde fructum col-
ligendū, ac particulariter pro mate-
ria quæ meditaturus est concedat, pe-
retque; ut fructū inde colligendū do-
net. Si de peccatis meditari voluerit
gratiā elargiatur, qua de iisdem ex ani-
mo doleat. Si de morte & iudicio
huius mundi res cōtemnere & diu-
na iudicia metuere discat. Si de sa-
cratissimis vitæ ac passionis Christi
myste-

CAP. I. DE ORAT. MENTALI. 91

mysterijs, gratiã, ad eadẽ magni faciẽda, gratias hoc nomine agendas, illius pœnis condolendum, virtutes imitandas, & reliquos pios affectus, quos iam singillatim prosequemur, qui sunt fructus è sãcta hac meditatione colligendi eliciẽdos postulet. Postquã autẽ hæc per vitæ ac passionis eiusdẽ Domini merita petierit, sacratissimæ Virg. Deiparæ auxiliũ imploret, eamq; vt patronã ac mediatricẽ, ad impetrandum quidquid desiderat, hunc in finem angelicam salutationem aut etiam orationẽ interiorem recitãdo, adhibeat. Eandẽ ob causam & angeli custodis, & aliorum Sanctorum Patronorũ suorum, erga quos particulari deuotione fertur, opem imploret. Et omnia hæc, quæ immediata sũt ad paratum mysterium meditandum dispositio, quàm breuissimè faciẽda sunt; tametsi, si particularem aliquem hic motum sentiret, non incongruum foret, tamdiu eundem prosequi, quamdiu is durat.

Hæc autem per humilitatem & con-

92 FRANC. ARIAS CAP. I
confusionem sui, meditationis
cipiendæ, ad orationem ritè pe
gendam, & per dona coelestia
tationem diuinam accipiendam
ficacissima est ratio. Vidua illa pa
percula & debitis onerata, quæ
refert Scriptura, nihil domi præ
quam paucillum olei in lecytho
habebat, in præsentissimo periculo
versabatur, ne filij à creditoribus
seruitutē in debitorum solutione
abriperentur, Prophetæ Elizæi co
filium secuta, vasa vacua à vicinis
mutuata domi se abdidit. Mox erexit
modicum illud olei reliquum, fontem
tis instar promanare cœpit, donec
vasa omnia replerentur: aded. ut ad
omne alienum dissoluerit, & honestè
se suamque familiam sustentare
potuerit. Idem & in anima virtutum
indiga, ac peccatorum debitis præ
sa; sed cui modicum boni desiderij
& Deo seruiendi propositi oleum
superest, contingit. Vacua quærit
vascula, seseque humiliat, omnes ad
dis angulos à præsumptione, per
sui ipsius cognitionem, peccatorum
memo-

4 Reg. 4.

DE ORAT. MEMTALI. 93

memoriam, sui que contemptum & cōfufionem euacuando. Hæc autem vafa mutuò petit, nam hæc humilitas gratuitū & liberale Dei donum est. Per hanc humilem autem præparationē, in feipfam ingreditur, in oratione se colligit, itaque parua hæc bonorum defideriorum principia paulatim crefcūt, Deo deuotionis, amoris, aliorumq; donorū celeftiū oleū in animā effundēdo, p̄ quæ virtutibus bonisq; operibus ditatur, vt his & Deo ipfe pro peccatorū debitis fatisfaciat, ac vitā æternā tum fibi, tū omnib⁹ corporis potētis, ac fenfibus obtineat. Quā præclara aut difpofitio, à humiliatione fui & cōfufione orationem aufpicari? Quam cœlefte hoc artificium, à Deo traditum, & à sanctis vſurpatum! hoc iuſti iuſtificantur magis, & sancti magis ſanctificantur. Teſtatur id Abraham, Tobias, Daniel, & alij ſancti, qui hoc exordium ſuis orationibus dedere, humiliando ſe ſcilicet & coram Deo confundendo. hinc mirabiliter in iſdem à Deo viſitati & illustra-

Gen 18.

Tob. 3.

Dan. 3.

9.

illustrati fuerunt. Hac etiam ratione peccatores misericordiam conquirunt, iusticiamque impetrant. Manasses Rex Israel peccatis immis testatur: hic namque cum irratione Dei magnitudinem misericordiamque proposuisset, mox dimisit, & ad abyssum usque peccatorum memoriâ & dolore seconfundens misericordiam obtinuit. Publicanus ille Evangelicus, orationem ab hac confusione sui auilpatus, ut templum ingressus, altare accedere, & oculos in cælum sustollere non sic ausus, iustificatus inaccessit. Hæc denique iusti consuetudo est, qui initio sermonis, qualis est oratio, in qua cum Deo colloquitur, non expectans donec ab alio accusetur & confundatur, seipsum primus accusat, & delictorum in memoriam reuocatione confundit. Et sicut è spinis & vepribus agro euulsis vallum & sepes construitur qua bonum semen agro commissum ab animalium incurfione communitur; ita è peccatis, quæ per poenitentiam

2 Para. 36

Luc. 18.

CAP. I
m ratio
m con
etrant
atis in
cum in
n mife
, mox
e, pecc
e fecer
obtinu
s, orat
ui aufp
s, altan
n fultol
tus in
fluetu
qualis
o collo
ec ab a
r, fe
Et orna
onfun
us agro
truitur
niffam
mmu-
poeni-
entiam

DE ORAT. MENTALI. 95

tentiam animâ homo erudicat, quò
se coram Deo humiliet & confun-
dat, eorum recordando, validam
quodammodo sepem & vallum cõ-
struit, quo virtutum fructum con-
fèruet, ac tutò excrefcere faciat, se-
que ipsum à diabolis ne in animam
per superbix ianuam denuo in-
grediantur communit. Consulit hæc
S. Basili⁹ hisce verbis. Ne sis iniquus
tui ipsius iudex, quod operatus es
bonum solum considerando, & ve-
tera præteritaque peccata obliuif-
cendo. Verùm quando virtutes &
bona quæ modo exerces opera præ-
sumptionis tibi periculum arces-
sunt, peccata præterita in memoriã
reuoca, illorũ te memoriã humilia
& confunde, itaque te à sub-
dola superbia tuebe-
ris.

Orat. 17.
de Humã.

CA-

CAPVT II.

*Summatim refertur quid in singulis
hiscē mysterijs meditandum sit,
quis fructus & affectus ex oratione
sit colligendus.*

VBI se anima eo quo diximus modo, in principio orationis humiliatione sui petitione gratiæ præpararit, historiã & mysterij meditandi materiam ruminet, locumq; in quo hoc mysteriũ factum sit imagnetur. Verbi causa, in natiuitatis Domini ex mysterio, consideret, quomodo Deipara cum Iosepho è Nazareth Bethleẽ petant, diuersoriũ quærant, nec inueniãt, foras cõcedant, in stabulũ ruinosum se cõferãt, Virgo adorandum se componat, & nocte in tempesta dulcissimum illum natum sacratissimo utero cõfundat, in præsepio reclinet, & adoret. Si flagellationis Dominicę decurrendum mysterium, consideret, quomodo Redemptorem vestibus milites spoliarent, ligent, flagellis consciant, fac-

DE ORAT. MENTALI. 97

sanguinemque vndiquaque eliciat.
Hec quidem quantum ad historiam,
id est, id quod vnumquodque vitæ
Saluatoris mysterium summatim
semper continet.

Historia breuiter excussa mox i-
pfas mysterij circumstantias anima-
rum iner, quales sunt. Quis sit Do-
minus ille, qui hoc operetur opus,
aut cruciatum illum ferat: scilicet
Deus simul & homo. Cùm enim
Deus esset ab æterno, cum iam ve-
nisset plenitudo temporis, quam di-
uina sapientia decreuerat, in sacra-
tissimo Virginis purissimæ vtero,
admirabilem illam naturæ humanæ
cum diuina sua persona vnionem fe-
cit: atque ita Dei filius, secunda san-
ctissimæ Trinitatis persona, idem
cum Patre, & Spiritu sancto Deus,
verus homo factus est. Perpendat
autem maturè, quis sit, in quantum
est Deus, scilicet potestate, bonitate,
sapientia, pulchritudine, beatita-
te, omni denique perfectione infi-
nitus & æternus: Principium, Crea-
tor, Conseruator, & omnium rerum

E finis.

98 FRANC. ARIAS CAP. II
finis. omnia namque solo nutu
nihil fecit & creauit, & omnia
conseruat idem semper illis dans
se, quod dedit dum crearet. Cogit
ad hæc ita omnia ab ipso dependere,
vt si vel vno ipsa momento conser-
uare desineret, omnia in ipsa
vnde facta sunt nihil reciderent,
eadem facilitate, qua mundum hunc
fecit, alios infinitos, adeo atque
ipse, perfectos creare posse: tantum
item eius esse maiestatem & mag-
tudinem, vt tam mundus hic vn-
uersus, quam ij ipsi quos creare po-
test, coram ipso sint quasi esse non
haberent. Cùm igitur tam immen-
sus in se sit & perfectione infinitus,
omniumque rerum auctor & conser-
uator, infinite dignus est, omnes
eum creaturæ, ac præsertim angeli
& homines, ipsum omnibus viribus
laudent & glorificent, & si fieri pos-
set, infinita illum gloria afficiant.
Cogitet autem ipsum, in quantum
homo, esse vniuersalem omnium
conditorum Regem, ac Dominum: Pa-
ter namque æternus omnia illi in
manus

DE ORAT. MENTALI. 99

manus tradidit, omnemque ei tum in cælo, tum in terra potestatem dedit: Salvatorem adhæc esse hominum, & infiniti meriti: animam quoque gratia, pulchritudine, gloriaque quodammodo infinita plenam habere: vita esse innocentissimam, in omni sanctitatem ac puritatem ipsam, corpore autem delicatissimo.

Consideret adhæc, quid ipsum à parte sua ad hoc mysterium patrandum, aut hoc tormentum subeundum mouerit, sola, inquam, erga hominem caritas & amor: item quam immensus is amor fuerit oportet, qui talem maiestatem ad hæc extrema compulerit, & tantos cruciatus ac contemptus pro hominibus miserrimis, uilibus, è terræ limo formatis, qui que se peccato contemptissimos, & huic ipsi Domino ingratiſſimos, imo & inimicos, constituerant, pati coegerit.

Perpendat insuper quid illum à parte hominis huc impulerit, curve hoc mysterium operari, & hosce subire dolores & opprobria uoluerit;

100 FRANC. ARIAS CAP. II.
rit; ipsa scilicet delicta, quo pro ijs
dem satisfaceret & lueret.

Consideranda adhuc supplicio-
rum, ludibriorum, dolorumque in-
ternorum & externorum grauitas,
quos hoc in mysterio Dominus per-
tulit. Item fructus pretiosissimi &
bona cœlestia, quæ mysterij huius
adminiculo accepimus. Sic namque
à peccatis liberati, & illorum veni-
sumus consecuti, Satanæ captiuitate
erepti, à morte & æterna damnatio-
ne vindicati; è contra verò, Dei
amici & filij, & fratres constituti,
diuinitatisque eiusdem participes
& gloriæ æternæ hæredes facti.

Voluat item virtutes Christi, quæ
in hoc vitæ & passionis, quod medi-
taturus est mysterio, delitescant,
quales sunt humilitas, qua, cum in-
finita esset maiestas, spontè se tantis
opprobrijs & cõtumelijs hominum
exposuit. Patientia, qua tanta ser-
enitate & mentis æquitate tam into-
lerabilibus se cruciatibus obtulit,
quos libenti est animo amplexus.
Mansuetudo, qua tam libenter &
æqua-

. II. DE ORAT. MENTALI. IOI

æquanimiter tot persecutiones, tam
atroces iniurias hominum sine vlla
indignatione, querela, imò & per-
secutoribus suis benefaciendo, & a-
mando, pertulit. Paupertas volun-
taria, qua bonis commodisque tem-
poralibus carere, & magnam rerum
necessariorum, in habitatione, cibo,
veste, hominum obsequio, inopiam
pati voluit, viuens & moriens om-
ni hominum solatio, & delitijs tem-
poralibus destitutus. Misericordia
& pietas, qua generi humano con-
dolens, omnes in se miseras & pœ-
nas, quibus obnoxierant homines
gratanter suscepit, quò ipsos ab ijs-
dem vindicaret; quaque, cum pecca-
ti minimè capax esset, & omne quã
maximè peccatum detestaretur, si-
militudinem peccatoris assumere
voluit, quò à miseriarum miserri-
ma, scilicet peccato ipsum libera-
ret. Denique obedientia, qua pro-
pria voluntate liberoque arbitrio,
& quam libentissimè in omnibus se
æterni Patris voluntati & benepla-
cito, à primo conceptionis momen-

IC 2. FRANC. ARIAS CAP. II
to, donec in cruce exspiraret, subiecit.

Notandum autē, nos, à virtutum & perfectionum Christi in quantum homo, id est, sacratissimæ illius humanitatis consideratione, etiam eas eiusdem in quantum Deus, id est, incomprehensibilis diuinitatis, considerandas ascendere debere. Nam humanitas, quæ in omnibus à diuinitate gubernabatur, huius quorundam virtutes & perfectiones, quæ diuinitati propriæ sunt, quales sunt caritas, misericordia, pietas, benignitas, longanimitas, & patientia, imago est. Magna ergo cum admiratione ponderemus, si ita nos amant in quantum homo, si tantam pietatem, misericordiam & suauitatem nobis in sacratissima hac humanitate exhibuit, quam immenso nos amore prosequatur, quanta etiã pietate, misericordia, & curâ erga nos afficitur in quantum Deus, cum diuinitatis perfectiones, ac virtutes infinito sacratissimæ humanitatis virtutes intervallo excedant.

Hæ sunt

DE ORAT. MENTALI. 103

Hæ sunt circumstantiæ in singulis
hisce mysterijs Christiano cogitandæ
ac pöderãdæ fructus aut ex hac cõsi-
deratione eliciendus, sunt sancti affe-
ctus, & opera virtutis, quæ introrsû
in mente efformantur, vt deinceps
suo tempore in opus foras prodeat,
scilicet primo interior affectus &
operatio amoris erga Deum. Anima
siquidem bonitatis diuinæ & carita-
tis, quæ in hoc mysterio apparet,
mota consideratione, ad actual ter
Deum amandum sese excitat. Affe-
ctus etiam spei. anima namque vbi
perpendit, quantum pro ipsa Deus,
idque nullo suo merito, imò ne vo-
to quidem præstiterit, simul & vo-
luntatem eius & ineffabile salutis
suarum desiderium, quod in hoc myste-
rio ostendit, spem firmam re ipsa à
bonitate & misericordia diuina
quodcumque ad salutem necessarium
& conueniens est, impetrandi, con-
cipit. Affectus etiam contritionis.
nam Christum ad peccata tollenda
hæc mysteria operatum, eaque ita
deestatum esse, vt, quò eadem ab a-

E 4. nimabus

104 FRANC. ARIAS CAP. II
nimabus eliminaret, vitam amiserit: & tandem illa fuisse quæ ipsam crucifixere, vitaque priuarunt, pendens homo, ad peccata paulatim fugienda, dolendum de commissis & timendum de committendis, eorum fugam concipiendam excitatur. Elicit adhuc affectum admirationis; nam in hisce mysterijs Dei maiestatem adeò humiliatam cernens, illam magnitudinem pulchritudinem infinitam adeò deiectam & deturpatam; lucem illam & gloriam inaccessibilem adeò tenebram, totque poenis & cruciatibus subditam; & omnia hæc pro homine, creatura adeò exigua & ingrata, actu Dei bonitatem, qui hæc pati & facere voluerit, item sapientiam, quæ talem ad saluandum hominem rationem excogitauit; humilitatem quoque, quæ tam profundè eum coegit descendere; caritatem denique, quæ eum compulit, vt totaliter & penitus se communicaret admiratur & obstupescit. Elicit etiam affectum compassionis. nam considerans

DE ORAT. MENTALI. 105
rans grauiffimos cruciatus, quos
Christus in corpore perfert, & in-
comparabiles dolores, quos in ani-
ma sentit, & quod hæc sui ergo sub-
ierit; interius mollita compatitur,
& eius pœnis ac doloribus condo-
let. Item affectum gratitudinis; nam
vnumquodque mysterium ingens
beneficium est, quod nostri causa il-
le & amoris ergo præstitit, & è quo
ad hominem ingentia promanant
bona. Sngulis namque mysteris pec-
catorum nobis veniam, animarum
sanctificationem, adoptionem in fi-
lios gratiæ, & gratiam ad benè o-
perandum & merendum, & parti-
cularia ad in vita bona crescendum,
& in eadem perseuerandum auxilia
promeruit. Hęc in singulis mysterijs
cogitanda, & hæc aliaq; beneficia,
quæ singulis mysterijs includuntur
magnificièda: hinc anima obligatio-
nē, quā ad ijs vtendū habet, confite-
tur, desideratq; vt omne creatum si-
mul secū hoc nomine Dominū lau-
det, & pro ijsdem illi gratias agat.

Eliciat item effectum gaudij &
lætitiæ:

lætitiæ: nãm considerando in
materijs, tum pœnam & dolorem
quem nostri causa Saluator pertu-
lit, æquum est nos compati, & De-
minum in supplicijs comitari; tum
æternum & amorosissimum Dei de-
cretum, quod in hisce completum
summam item gloriam & laudem
quæ inde eidem Deo in terra firmo
& cœlo accessit; infinita gratiarum
gloriæ cœlestis bona, quæ inde ge-
neri humano prouenere; diuitiarum
noui gaudij diuitias. quas per hunc
omnes Angelorum chori acceptum
Itaque gaudet anima, & vero me-
tis iubilo exultat, cantans Deo lau-
des præ lætitiâ gestiens, ac sic perfe-
ctè impletur, quod ait Apostolus,

Philp. 4. Gaudete in Domino semper.

Postremò ex horum mysteriorum
consideratione eliciendum, quo-
modo de omnibus, quæ animam &
omnium virtutum Christi imitatio-
nem concernunt, sentire debeamus,
illius inquam caritatis erga homi-
nes, humilitatis, mansuetudinis, pa-
tientia, pietatis, misericordia, pau-
per

DE ORAT. MENTALI. 107
pertatis voluntariæ; obedientiæ, &
reli quarum.

Hæ sunt circumstantiæ, quæ in
vnoquoque mysterio considerandæ
sunt, & qui ex horum consideratio-
ne eliciendi sunt affectus. Non au-
tem hæc ita intelligenda sunt, quasi
semper, quoties aliquod mysterium
perpendemus, omnes hæc simul cir-
cumstantiæ considerandæ sint, & o-
mnes simul affectus eliciendi, sed ita
vt modò has circumstantias volua-
mus, & hos affectus eliciamus, mo-
dò, illas & illos: præsertim quod
hoc mysterium magis hunc affectû,
quam alium moueat, & ad hunc ma-
gis excitandum materiam suggerat.
Has autem circumstantias simul o-
mnes & affectus hoc capite profe-
cuti sumus, nõ quod hoc sufficiat, vt
ita intelligatur & executioni man-
dentur, verum vt melius hoc pacto
in memoria colligantur, & clarius
quæ iam sigillatim de singulis affe-
ctibus & horû mysteriorû, ac Chri-
sti humanitatis & diuinitatis perfe-
ctione referemus, percipiantur.

E 6

CA-

*De sancto amoris diuini affectu, quibus
sit, in quo consistat & quid operetur.*

AMOR interior duos principes habet actus circa rem amatam. Primus est complacencia rei ipsius amatæ, vt sc. eadem placeat & grata sit: vnde sequitur

cóplacencia boni rei ipsius amatæ.

1. 2. q. 25.

2. 2. q. 7.

2. 6. 4. 1.

Ita S. Thom. nō aliud est amor quam complacencia boni, id est, rei ipsius bonæ amatæ. Nam qui amat rem amatā quodammodo velut seipsum existimat, & velut quid ad se intinens: & erga eandem inclinatur & conformatur, velut ad quid sibi maximè proportionatum, & conuenientissimum: itaque eadem eiusdemque bonum illi placet, vt sibi is ipse & suum ipsius bonum, atque in hoc vnio affectiua amoris consistit, quod in amore primum, & maximè illi proprium est. Alius amoris actus est, bonum velle rei amatæ, esse, vitam, delectationem, & quidquid illi conuenit & decet, & hoc illi bonum eo affectu velle, quod id sibi

D. Thom.

2. 2. q. 27.

47. 2.

id sibi optaret, aut rei quam ut suam
 maximè habet. Nam si alicui bonū,
 sine hoc affectu optet, propriè amor
 nō est, sed nuda benevolentia, ut o-
 ptimè notat D. Thom. dicens: Ut bo-
 num aliquod alicui velle, proprius
 amoris sit actus, ex vnione illa af-
 fectiua nascatur oportet, qua bonū
 illud tali optat ut sibi, aut velut rei
 suæ, aut ad se pertinenti: proinde a-
 mor includit benevolentiam, &
 magis hūc affectum & vnionem au-
 get. Atque hinc nascuntur alij affe-
 ctus amoris, quos tradunt Philoso-
 phi, velle scilicet quod amatus vult,
 eligere quod eligit, illius bono gau-
 dere, malo vicissim dolere, eiusque
 commercio delectari. Quæ vbi hoc-
 ce affectu vnionis fiunt, ad amorem
 referuntur. Et quoniam ex omnibus
 illis actibus, vnitiuum hūc affectum
 amoris magis exprimit is, qui rei a-
 matæ bonum quærit; hinc amorem
 definiens Philosophi dicunt, A-
 mor est alicui benè velle, cum amori
 nihil essentialius & proprium ma-
 gis sit, quam affectus hic vnitiuus,
 quem

Aristotel.
lib. 9. E-
thic. c. 4.

Arist. lib.
2. Rhetor.
c. 4.

E 7

quem diximus. E quo & reliqua
ctus & opera nascuntur.

D. Thom. Quemadmodum in corporibus
1.2.9.26. grauibus, grauitas illa qua in locum
4.1.2. conuenientem vergunt, est velut a-
mor quidam naturalis; e qua graui-
tate nascitur, quod ad locum illuc
cū celeritate ferantur; in eoq; que-
escant: ita & in appetitu sensitivo
aut intellectuali, quæ hominis vo-
luntas est, ex cognitione & appre-
hensione rei alicuius bonæ, aut quæ
velut bona habetur, nascitur in ap-
petitu rei eiusdem complacentiæ,
quæ est ipse amor. Si verò res amata
homo fit, qui eam veræ amicitiaæ a-
more amat, hac complacentiæ ean-
dem æstimat velut seipsum. Atque
hinc fit, vt ipse bona aut mala ve-
lut propria habeat, occasione bono-
rum gaudeat, non secus ac proprijs,
& malis doleat, velut si ipse eadem
pateretur. Hinc omnia illi benè vult
succedere, nulla verò malè. Atque
hæc omnia amato vult, non com-
modi alicuius aut solatij, quod inde
sequitur, intuitu, sed solo amati
ipsius

DE ORAT. MENTALI. III

ipſius reſpectu, quem cordi inſcul-
ptum gerit. Hæc eſt amoris natura
& conditio. magni autem refert hæc
commodè intelligi, vt ſciamus,
quomodo ſanctus hic amoris Dei
affectus exercendus ſit.

CAP. I V.

*Quomodo hunc amoris affectum ex
horum myſteriorum meditatione
elicere, & exercere poſſimus.*

ANIMAE, quibus Deus in
oratione, particulari ſua vi-
ſitatione, pretioſiſſimum &
ſuauiſſimum diuini amoris affectû
infundere dignatur, quo ſit vt re-
rum omnium obliuiſcantur, & in-
flammentur, ac penitus amore ab-
ſorbeantur; hæc durante viſitatione
coelefti, hoc monito opus minimè
habent. At vbi hæc viſitatione ca-
rent, & in rem eorum, qui hæc ex-
perti non ſunt, verùm ad eandem ſe
diſponere volunt, quomodo hunc
amoris affectum exercere debeant,
docere opus eſt. Anima ergo in ora-
tione

*Dion. Ri-
chel. de
contempl.
lib. 3 a. 16.*

tionem infinitum Dei esse, eius cetera
nitatem, omnipotentiam, infinitam
sapientiam, pulchritudinem, infinitam
gloriam ac beatitudinem per intellectus
operationem voluntate, voluntas gaudet
in eo quod talis Deus sit, qualis est,
quod sit Deus qui à seipso esse habeat,
& infinitum illud quod habet bonum,
quodque nullo indigeat: quod sit
omnipotens, quod seipsum comprehendat,
& infinite diligat, se ipso beatus sit,
infiniti sit gaudij, & sic de reliquis
quæ in Deo sunt perfectionibus. Atque
hoc est actu ipso Deum diligere, gaudere,
& delectari, quod omne bonum
infinitum habeat quod habet: cum,
vbi diximus, primus amoris actus,
rei ipsius amatae sit contentio, id est,
eadem gaudere eiusque bono. Quando
creaturam aliquam diligimus, non modò
bonum quod iam habet gaudemus,
verum etiam bonum aliquod quod non
habet illi optare possumus. Omnis
quippe creatura crescere potest: at
Deo in seipso nullum optare possumus
bonum

CAP. I
eius etc.
infinite
nem,
itudine
voluer
uod tal
fit De
& infini
i, quod
it omni
prehes
o beati
e de reb
eotione
o Deum
i, quod
at quod
imus a
e fit co
dere e
iam a
o bono
erum
habet
quippe
Deo in
us bo
num

DE ORAT. MENTALI. III

num quod iam non habet . est enim
infinite , atque ita maiorem in se
potentiam, gloriam, sapiētiam, bo-
nitatemue maiorem , quam iam ha-
beat, habere non potest. At quoniam
exterius in creaturis crescere potest
Deus, vt sc. ab iisdem magis cogno-
scatur, ametur & glorificetur. hinc
etiam amorē exercemus , dum Deo
bonū illud exterius optamus . Pro-
inde anima in oratione considerans
quam Deus qui ametur, & à creatu-
ris colatur, sit dignus, vult & deside-
rat, vt animæ omnes iam creatæ, aut
deinceps creandæ ipsum cognoscāt,
ament, laudent, & glorificent in re-
bus omnibus creatis; ac sexcentos
secum ipsa cultus & obsequij mo-
dos excogitat , quos Deo creaturæ
exhibere queant , eosque desiderat.
Quod autem Deus , quia bonum est
infinite infinito amore dignus sit,
desiderat, vt si fieri posset , omnes
eum creaturæ infinito amore prose-
querentur, & infinitam illi gloriam
darent . Atque hoc est actualiter a-
mare Deum.

Et

Et sicut hunc cum Deo, quantum ad naturam diuinam, amorem exercemus, ita etiam is suo modo cum sacratissima Christi Domini humanitate exercendus; ut scilicet considerando illius dignitatem & perfectiones, singularem ex hisce voluntatem hauriamus & gaudium, letemur quoque benedictissimam illam Christi humanitatem ad eum eleuatam esse, cum diuina persona coniunctam, gratia & gloria ad eum plenam, ac conuenientissimum diuinitatis, ad res tam sublimes, quales sunt electorum omnium sanctificatio & glorificatio, dona omnia & gratie supernaturales, quae filijs Adae communicantur, operandas, instrumentum. Latari quoque debemus de reliquis omnibus ad beatam huius animae & sanctissimi Redemptoris corporis perfectionem & gloriam spectantibus, ut magno cum pietatis sensu exponit D. Bernardus dicens, fratres carissimi, diligamus Dominum Iesum, velut verum hominem & fratrem nostrum, & colamus illum

*Serm. 2.
de Epiph.*

P. IV
quantur
em exer
odo cut
i huma
et conf
& perfe
ce volu
m, la
ā illa
eleva
na con
ed plo
diuini
quale
Cifica
nia &
ijs Ad
instru
bernat
e huius
pportio
loriam
ietatis
licens
Domi
ninem
lamus
illum

DE ORAT. MENTALI. 115

illum velut Dei Filium & adoremus velut verum Deum.

Potest item anima inter orandum & meditandum sanctum hunc amorem exercere, voluntatem Dei magni faciendo & perpendendo, & perfectam eiusdem adimplentionem desiderando. Potest quis verè creaturam aliquam amore humano & naturali, non verò amore voluntatis eius, amare, scilicet eiusdem quidem conseruatione & omne verum bonum illi volendo, non tamen voluntatis eiusdem completionem desiderando vti mater, quæ filium tenerè diligit, non tamen eiusdem voluntatem fieri vult, eò quòd mala; & amicus, qui ex animo quidem amicum diligit, in multis tamen eiusdem voluntati annuere nõ vult. Verum non ita cum Deo agitur: neque enim Deum amare homo quoad naturam vero amicitiae amore potest, (quem amorem benevolentiae & complacentiae dicimus) nisi simul eiusdem voluntatem, & præcepta amet, idque amore quem obedi-

1. Ioan. 2.

dientialem appellant. Hinc Ioan. in epistola ait, *Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est.* Cuius ratio est, quod Dei voluntas regula & omnium voluntatum nostrarum sit norma. Quod autem Deus velut supremus Dominus, ad omnium mandatorum completionem nos habeat cogendi, & nos si quod transgrediamur, illi iniuriam faciamus; & si mandatum magis momenti sit, (ex ijs scilicet quae peccatum mortale obligant) ipsius violantes, in caritatem peccemus & omnem eius amorem perdamus hinc ut ametur Deus, non sufficit hominem Dei bonis gaudere, & velle, ut reliquae eum creaturae amet & glorificent, uti diximus; verum etiam diuinæ voluntatis adimplenti totus studeat oportet. Hic est amor, quem anima in oratione exercet; dum verè & firmiter proponit, hoc aut illud mandatum Dei & reliqua seruire, hoc aut illud consilium sequi, & in hoc aut illo, ac reliquis eius voluntatem complere. Atque

CAP. I DE ORAT. MENTALI. 117

Atque ita vero hoc & perfecto amore complet illud quod Christus exigit, dicens, *Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.* *Ioan. 14.*

Hoc nimirum exercitium & affectus amoris est, qui omnes hosce actus amoris, quos diximus, complectitur: hoc ipso nihil melius, aut excellentius Deo dare possumus; & hoc obsequio nullum à nobis maius exigit Deus, nihil nos quoque maioris meriti operari possumus. Atque hunc ex horum mysteriorum meditatione elicere affectum debemus, nam omnia hæc ex amore operatus est Deus, & primum quod ab ipso accepimus fuit amor, si nos condidit, ex amore condidit, si incarnatus est, & hisce nos mysterijs redemit, ex amore redemit. Et hoc quidem beneficium à mille sexcentis iam annis cœpit, at principium non habuit amor, sed fuit æternus, uti significat Propheta dum ait, *Caritate perpetua dilexi te.* Et quamuis beneficia infinita & immensa sint, maior tamen

118 FRANC. ARIAS CAP. I
men longè amor est, à quo profi-
scuntur. Atque hic præcipuum
quod in singulis mysterijs confi-
rare & ponderare debemus. Pon-
mysterium simul & amorè ita pe-
pendere animam oportet, quasi si
se amasset Deus, & suam vnius
causam hoc beneficium operari
esset, vti notat Apostolus dicens,
fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, &
tradidit semetipsum pro me. Certum
namque est, non minus vnicuique
beneficium hoc prodesse, quam
pro se solo id præstitum esset; & ta-
tum esse Dei amorem erga singulos
nostrum, quantus si nos & non alios
amaret: nam à parte sua, tam
Christus ad patiendum & operan-
dum hæc mysteria pro vnoquoque
nostrum paratus erat, si modo op-
pus fuisset, quàm pro omnibus. Amor,
inquit Chrysostomus, Christi can-
tus fuit, & tam magnus, vt pro vno
solo non abnuisset pati, quæ pro om-
nibus in genere mortalibus sub-
ijt. Propterea æquum est, ita singu-
los mysterium meditari, ac si sui
vnius

Gal. 2.

In Gal. c. 2.

DE ORAT. MENTALI. 119

vnius ob causam id actum esset.

Quoniam autem nihil est, quod magis fidelem & amantem ad amandum excitet, quam quod amari se videat; ut nulla sint vincula & catena, quæ ita corpus vinciant, manusque ac pedes ligent, non carcer quo ita concludatur, ne foras prodeat, quam amor, quo se verè quis diligere conspicit, animam ligat, ut semper amet & numquam amare desinat illum à quo amatur. Anima ergo summum hunc Christi amorem, qui in hisce mysterijs adeò elucescit, attentè & maturè considerans non potest, quin amore illius succendatur à quo tantopere diligitur; hinc dum orat hoc diuini amoris exercitio, quod diximus, occupatur. Vnde D. Theodoretus, sicut ignis quo plus *Orat. de*
ei ligni apponitur, eo magis magis *caritat.*
que crescit; ita Dei amor rerum diuinarum contemplatione, magis accenditur, & vehementiorem perfectioremque operationem producit. Notandum autem, ut magis magisque admirabilis sancti huius exerci-

120 FRANC. ARIAS CAP. IV. I
ercitij fructus intelligatur, è fre
quenti & continua horum myste
riorum meditatione, & amore diu
no, qui hic quam maxime eluce
tantum, tamque intensum in animo
amoris & deuotionis habitum pro
duci, vt omni tempore & loco ma
gna cum facilitate horum myste
riorum recordemur & ijs intenda
mus, & cor nostrum tam perfectè
amore exhilaremus, vt toti in Deo
trāsformemur, sēperq; ei vniamus
quo nullum in hac vita maius de
derari bonum, & nullus ex horum
mysteriorum contemplatione pro
stantior colligi fructus potest.

CAPVT V.

*De vera voluntatis in Deum resigna
tione, quam ex horum mysterio
rum consideratione elicere debemus.*

VERA & perfecta resignatio
altissimus & perfectissimus
amoris diuini est gradus, &
velut eiusdem coagulum: sita autem
ia eo

in eo est, vt anima totam se volunta-
 ti creatoris sui resignet, nihil vt de-
 sideret, aut velit, quàm vt in se per-
 fectè, tum in ijs quæ homo ipse fa-
 cere debet, tum in omnibus, quæ fo-
 rinsecus accidere queūt; tam in pro-
 speris & secundis, quam aduersis &
 tristibus, tam hac in vita, quam alia,
 tam in tempore, quam æterno, quo-
 ad aduersa scilicet, diuina voluntas
 compleatur: vt nempe in his omni-
 bus primaria eius intentio ac vo-
 luntas sit, nullo bono aut solati-
 o, quod tum in hac, tum in futura
 contingere vita queat frui, neu pœ-
 nam & damnum, quod hoc in mun-
 do, aut altero emitti queat fugere;
 sed in omnibus Dei beneplacitum,
 eiusque voluntatem sequi. Hoc est
 quod supra omne bonum & solatiū
 amare & velle debet, ideoque se ad
 omnem cruciatum & supplicium
 subeundū debet offerre. Hic est per-
 fectissimus Dei amor, & sanctitatis
 vitæ Christianæ summa, ac velut o-
 mnium virtutum compendium, cō-
 formare scilicet in omnibus se vo-
 luntati

F luntati

luntati diuinæ, atq; vnum cum
 velle & nolle habere. hæc autem
 signatio præsupponit exercitium
 virtutum quas alio loco deser-
 mus, & passionum mortificationem
 quam suo post loco alio tracta-
 prosequemur.

Sanctum porrò hunc affectum
 horum mysteriorum considerandi
 ne elicere debemus, perpendendi
 amorem, quo Deus nos ad se
 & immense dilexit; tam libera
 & gratiam spirantem: cōtemplandi
 quoque cruciatus & tormenta
 bus se homo factus pro nobis
 lit, quodque nostri ergo totum
 dederit, & impenderit, & quidem
 fecit & passus est in carne mortem
 ad nostram redemptionem & filium
 præstiterit: exemplum item imitanda
 tes, quod in his sacratissima Christi
 Saluatoris anima dedit, quæ in
 nibus æterni Patris voluntatem
 rebat & complebat, vt ipse met
 status est, dicens: *Descendi de caelis
 non vt faciam voluntatem meam,
 voluntatem eius qui me misit.* &

Ioan. 6.

CAP. DE ORAT. MENTALI. 123

in loco. *Et qui me misit, mecum est, & Ioan. 8.*
non reliquit me solum, quia ego quæ
placita sunt ei facio semper. Ac tum
cum propter grauissima crucis tor-
menta, & mortis, quam præ oculis
habebat, angustias, ipsa natura hu-
mana, ipso Domino permittente,
contremiscere & pauere coepit; ad
nostrum exemplum perfectissimam
voluntatis in Patris manus resigna-
ri quæ declaraturus ait, *Pater mi est* Matth. 26.
possibile, transeat à me calix iste, si Luc. 22.
non, fiat voluntas tua. quasi diceret,
Naturalis quidem humanitatis meæ
inclinatio, Pater, mortem timet,
eamque abhorret; nam naturaliter
sui conseruationem quarit, at vo-
luntas mea quæ libera est, inclina-
tioni naturali repugnans, diuinam
voluntatem tuam perfici vult; eam-
que integrè completurus, totum me
in manus tuas resigno ac trado, &
omnibus me tormentis offero, quæ
ad gloriam tuam & mundi salutem
me subire par est. Ita scilicet sum-
mus ac coelestis ille magister nos
docuit, ne ijs, quæ caro & voluntas

tum præ malo quem habet habet, aut naturali inclinatione expectant qualia sunt, quæ voluptatem quædam afferunt, quam primum senti-
sentiamus, neu statim ea quæ nos timet, qualia sunt cruciatus & fugiamus, sed in omnibus sanctam Dei voluntatem quæramus ei nostotos, vti diximus, resig-
mus.

Circa hanc resignationem de-
tare quis possit, qui fieri possit
omnibus Deo nos resignemus, &
aliqui sint casus, qui volente
statuente Deo contingunt, aut
tingere queunt, sed quos ipse
homo, quòd eosdem velle non
neatur: vt si frater alicuius in pec-
to mortali mortuus esset, &
damnatus: mors illa & damnatio
voluntas est Dei, qui quamuis pe-
catum noluerit, voluit tamen ipse
mori, & ob peccatū condemnari
quidē ita id velle nō teneor, imò
id velle caritati fraternæ repugn-
ret.

Item si quis Patrem meum læsi-

habet habet, aut saxum illi cerebrum casu
 ne expectat comminuiſſet, hoc quidem Dei vo-
 ratem quuntas eſſet, cum omnibus ſupplicia
 rimum o & mala Deo permittente fiant; tamē
 a quæ non id ipſe velle non debet, imò velle,
 tus & m pietati aduerſaretur. His responde-
 us ſancti mus, in his ſimilibuſq; caſibus, quos
 ueramus Deus immittit & permittit, vāriās
 us, reſp eſſe cauſas & rationes: & hos ſub v-
 onem de na ratione conſideratos, non vult
 i poſſit Deus, atque ita eoſdem homo ab-
 emus, q horrere poteſt, Dei voluntati non
 lente de refragando; ſub alia autem ratione
 nt, aut conſideratos eos vult, ac tunc eoſ-
 ipſe de dem etiam velle poteſt homo, quo
 lle non ſe voluntati diuinæ accomodat.
 s in pecc Verbi gratia, mortem & damnatio-
 , & id nem fratris, ſimul & læſionem Pa-
 damnat tris, conſideratas duntaxat vt male
 amuis pe ſunt, & hiſce noxiæ, non vult Deus,
 men ipſi vt dicit Sapiens, *Deus mortem non fe-* *S. p. 1.*
 lemnaſſe *cit, nec latatur in perditione viuorum.*
 or, imò id eſt. Quamuis occidat & condem-
 repugn net, illius tamen intentio & prima-
 eum læſi rius finis, non eſt occidere, aut con-
 ſe demnare, & propterea, vt docet A-
 poſtolorum Princeps, *exſpectat &* *1. Pet. 3.*

fustinet peccatores, quod nol
perire & damnationem incur

D. Thom. Cùm igitur hæc mala nolit De

1.2 q. 19. quantum mala, potest etiam h

2.10 q. non tamen Dei voluntati refr

q. 19. a. 2. do, imò eidem se conforma

q. 2.2. q. eadem in quantum mala & d

104. a. 1. eorum quos amat, nolle. Verit

siderando hanc mortem & con

nationem fraternam & vuln

Patris in quantum sunt diuina

tie effectus & opera in quibus

iustus & æquus sit Deus eluce

peccatum fugiatur, & diuina

tia timeatur, eadem vult & op

tur Deus, & velle & amare po

homo. Etsi præ infinita bonitate

Deus ad hoc eum nolit obligari,

duntaxat vt non refragetur, nec

uina iustitiæ contradicat, sed p

enter eandem ferat; atque ita

uino beneplacito conformatur, &

D. Bonau. ipsum se resignat, cupiens con

in 1. sent. d. 48. q. 2. quæ cupit Deus, & illum velle p

cipit. Verum maioris mæriti ac p

fectionis opus fuerit, perfectior

& integrior resignatio; si hæc

qua

S CAP. DE ORAT. MENTALI. 127
quod nol
m incur
nolit De
etiam he
rati refr
onforma
la & de
e. Verin
& con
& vuln
diuina
quibus
eluce
diuina
lt & op
mare po
onitate
bligari
ur, nec
, sed p
ne ita se
nat, &
ens om
velle p
iti ac p
ctior
si hac
quan

DE ORAT. MENTALI. 127
quantum diuinæ iustitiæ decretum
sunt, ad eius gloriam augendam cō-
ducunt, & in quantum voluntas &
beneplacitum Dei sunt, homo non
modò ferat, nolendo eadem cum
peccato fugere, (quod est eadem æ-
quanimiter ferre) verumetiam ex
amore Dei velit & amet ipsum, non
modò quod misericors, verumetiã
quod iustus & ad castigandum po-
tens, diligendo.

CAP. VI.

*De affectu admirationis: quomodo is
hiscæ mysterijs eliciendus, & nobis
exercendus.*

NASCITVR in nobis admi-
ratio ex effectus causæ cu- D Thom.
iusdam occultæ, ac rei nouæ 1.2 q 32.
& raræ, item magnæ & sublimis, a.8. q. 41.
quæ humanam facultatem excedit a.4. q. 1.
cognitione: atque ita plerumque i- 3 q. 15 a. 1.
gnorantiam præsupponit in eo, qui Ricard de
admiratur, ac proinde in Deum ca- contempl.
dere nequit. Continet ipsa deside- lib. 9 c. 3.
rium cognoscendi melius ac perfe-
ctius

Etiam rem quam quis miratur, & eiusdem cognoscenda, simul &quisitionem & diligentiam ad cognoscendam. Ita mundi huius sapientes, quod in rerum naturarum occultarum effectus videntur quales sunt eclipses, fluxus & refluxus maris, fulmina & tonitrua, & ceteras causas inuestigarunt, eas inuenerunt. Hinc Aristoteles ad rationem omnis ait philosophi initium exstitisse. Ita quoque in rebus diuinis fieri videmus, quas cum attentione considerantes, velut magna & alta, multis interuallis omnia facultatem, sapientiam, & omnium humanum ingenium captumque excedentia admiramur: miramur inquam velut noua, insolita, rara, quod talia in intellectu nostro sunt, quando iam recenter perpendimus & ponderamus, quod antea non videbamus, nec aduertebamus.

Hanc autem admirationem de diuinorum vitæ & passionis Christi Iesu mysteriorum consideratione elicere debemus. hinc anima perfectiones

*In princi.
Metaphys.*

ctiones & virtutes Dei in iisdem re-
 lucentes considerans, immensam
 æterni Patris caritatem & pietatem
 admiratur, vt qui voluerit & decre-
 uerit, vt Filius suus æternus, quem
 infinito amore diligebat, & vnus-
 cum ipso Deus erat, talibus se ac
 tantis opprobrijs ac cruciatibus, ob-
 tam vilem adeoque ingratam crea-
 turam, qualis est homo, exponeret
 & offerret. secumque dein perpen-
 dit, quam iusta ratione Apostolus
 Paulus hanc æterni Patris pietatem
 & amorem, misericordiæ diuitias
 & amorem nimium vocarit, amorē,
 inquā, qui infinities excedat, quid-
 quid de ipso dici ac cogitari queat.
 Quin etiam ipsam Filij Dei carita-
 tem ac benignitatem miratur, quod
 eò humilitatis descendere voluerit
 qualis fuit, naturam assumere ho-
 minum, qui per peccatum, ita se o-
 mni bono indignos reddiderant, &
 illorū se miserijs & arumnis, quan-
 tum quidem potuit, subijcere. Mira-
 tur, quā meritò Apostolus dixerit
 in hisce mysterijs benignitatem &

Ephes. 2.

Tit. 3.

130 FRANC. ARIAS CAP. V
humanitatem Salvatoris nostri
paruisse, suauissimum scilicet am
ris ipsius & misericordiae affectu
quam mundo velut abscondita & n
cta videbatur, & hoc pacto sese
evidentissimè exeruisse. Miratur
finitum illud amoris incendium,
immensum dulcedinis Spiritus Sa
cti pelagus, vt qui vnus cum Patre
Filio Deus, hæc mysteria ad hon
nis, qui malitia sua se ab eius gra
sequestrarat, redemptionem ac
solationem operari & executionem
mandare voluerit. Miratur infinitam
Dei sapientiam & altissimum consi
lium, quod hinc promanauit, cum
tam conueniens ad hominem sal
uandum medium selegit, quo simul
& misericordiae suae satisfecit, ho
minem à miseria, in qua agebat,
liberans, & iustitiae diuinæ, illi ple
nam pro hominum culpa satisfacti
onem offerens; ac de diabolo, illum
in quantum homo, per viam iustitiae
subiungendo, triumphauit, victum,
irrisum & deceptum, ac despoliatum
trahens, qui hominem astu, fraude,
ac men-

CAP. VI
s nostri
ilicet an
e aff. Clu
dita &
to sese q
Miratur
ndium,
iritus fa
m. Parre
ad hon
eius gra
em acc
xecuti
ur infir
um con
auit, cum
nem sal
quo firm
cit, ho
agebat,
illi ple
tis facti
o, illum
iustit
victum,
liatum
fraude,
c men-

DE ORAT. MENTALI. 131
ac mendacio vicerat & in seruitutē
traxerat. Miratur mundi nequitiam
& cæcitatem, qui deserta luce tene-
bras diligebat, & manus in creatorē
violentas conijciebat, eum neci da-
turus. Miratur ad quantam dignita-
tem euectus sit homo, quòd eius
causa tam profunda sublimiaque
mysteria operari dignatus sit Deus;
item quam sublimis & pretiosa sit
gloria, quæ homini post hanc vitam
in cælo paratur; cum hanc Dei Filius
hisce operibus & cruciatibus, quæ
his mysterijs continentur, promere-
ri & lucrari illi voluerit. Miratur
adhuc, quàm incomparabile malum
sit peccatum cum eius ab animabus
tollendi causa, tam mirabilia ope-
ratus sit Deus: item quam graues in-
ferni cruciatus, cum Dei Filius, quòd
hominem ab iisdem liberaret, tam
grauia subierit supplicia. Miratur
quoque pulchritudinem & decus
virtutis, cum ad animas sanctifican-
das & virtutibus condecorandas,
talìa ipse adinuenerit. Miratur deni-
que nobilitatem & excellentiam a-



132 FRANC. ARIAS CAP. VII
nimarum iustarum, cum altissimi
& vnigenitus Dei Filius, quo eas
per gratiam desponsaret, semper
apud se per gloriam haberet, tam
tamque præclara ediderit miracula
tulerit supplicia, opera denique
supernaturalia operatus sit. Hæc
liaque similia admirari debet
ma dum hæc mysteria meditatur.

CAPVT VII.

*Quam excellens & utilis sit hic admi-
rationis affectus, deq; luce, qua
uina hæc mysteria consideranda
sint ad sanctum hunc affectum elici-
endum.*

AFFECTVS hic admiratio-
nis nobilissimus est, & animæ
imprimis utilis; nam in eadē
continetur imprimis visio & inveni-
tus rei magnæ aut nouæ, quæ in ipsa
contemplatione se offert, item desi-
derium melius tale quid cognosce-
di, & si supernaturalem causam ha-
beat, eiusdem cognoscendæ & vi-
dendæ; hoc autem desiderium spem
con-

*D. Thom.
1.2. q.32.
ar.8.*

continet ad hanc cognitionem & intuitum, quem spectat, pertingendi. atque hinc ratione spei causatur admirationem, gaudium & exultationem animæ. Ex hoc autem desiderio nascitur diligentia ad eam inuestigandam, & alia media, ad eius quod desiderat consecutionem spectantia, applicanda. Quod autem in

rerum naturalium admiratione inuenitur, modo id quodam sublimiori in horum mysteriorum admiratione reperias: nam ex admiratione rei quæ consideratur, magis crescit attentio, crescente attentione, veritatis eiusdem cognitio, & simul etiam quod inde percipitur gaudiū crescit. Hinc anima suspenditur, id est, extenditur & magis in æternæ veritatis cognitione & boni æterni amore & voluptate augetur. Tamen quo melius sancti huius affectus qualitas percipiatur, notandum est, quod quoniam horum mysteriorū admiratio à luce & cognitione supernaturali quam anima habet, nascitur; quo lux hæc & cognitio ma-

*Ricard. de
contemp.
lib. 5. c. 9.*

ior est, eo & affectus admirationis
excellenter fit, vtilior ac suavior

Lex ergo alia est supernaturalis
Christianis omnibus communis,
dei inquam: vbi hac duntaxat
minata diuina mysteria anima
templatur, vtilem quidem inde
mirationem haurit, verum non
ea adeò magna aut sublimis, vbi
rum mysteriorum magnitudo
git. Sed est & aliud lumen, donum
scilicet sapientiæ, primariū è Spiritu
tus sancti donis, quod iusti duntaxat
habent. Doni huius lumine anima
præsertim vbi in ipsa per vitæ puri-
tatem excreuit, diuina hæc mysteria
modo quodam excellentiore, gustat
& sapore scilicet interiore, cognoscit.
nam cum intellectus multa gratia
purus & defæcatus est, res diuinas
amore & suauitate quadam ex-
perientiali, quæ in affectu & volun-
tate versatur, cognoscit. Quando
ergo anima doni huius iam aucti-
mine, quod modo quodam singulari
fidè illustrat & perficit, hæc mysteria
contemplatur, tum insignem & ex-
tra-

*D. Bonau.
lib. de iti-
neribus 3.
p. 3.*

traordinariam eorum admirationē
 concipit. Et tamen si alias eadem cō-
 templata sit, tunc tamen de nouo ea-
 dem cōsiderare se putat, quòd noua
 & inuisitata luce ipsa intueatur. Pre-
 ter hæc est aliud lumen diuinum su-
 pernaturale, quod habitus & quali-
 tas non est in anima permanens, uti
 donum fidei, & donum sapientiæ,
 verum auxilium quoddam actuale
 quod plerumq; diuturnum non est,
 nec vnquam id ab anima tollit Deus
 nisi ipsa peccarit, & ubi visum fue-
 rit, & sæpe dum minus speratur re-
 stituit. Hoc scilicet est lumen diuinę
 contemplationis, quo animas puras
 & humiles seruorum suorum, dum
 orationi vacant, & quandocumque
 voluerit, visitat. Hoc ergo lumine
 anima diuina mysteria considerans
 simul & maiestatem, pulchritudi-
 nem, ordinem, connexionem, & il-
 lorum inter se consensum & con-
 centum, & cum ratione naturali, &
 finibus quos spectat Deus, conueni-
 entiam, profundissima quadam ad-
 miratione suspensa manet, quòd rē
 adeò

*Greg. Mor.
 lib. 5. c. 20
 in noua e-
 dit. & in
 4. Reg. c.
 4. & c. 11.
 & in
 Ezech. 17.*

136 FRANC. ARIAS CAP. V
adeò pulchram conuenientem
videat : magna que claritate, qua
fides quidem permittit, nihil habere
posse melius, verius, Deo que dignius
quam hæc sacra mysteria videt. Hæc
item lumine anima magnitudine
& pulchritudinem Dei, eius que per
tentiam, gloriam, ac bonitatem
contemplans tantam admirationem
concepit, vt sui ipsius obliuiscatur
quodammodo à se ipsa alienetur
tota que diuini amoris igne succen
datur, & rore quodam, & diuini
suauitatis liquore, qui ipsam penetret
totam, insignem voluptatibus
omnium mundanarum contemplantium
ac fastidium in ipsa generet, & in
folius Dei amorem ac desiderium
resoluat, perfundatur. Ad hunc gra
dum ipse admirationis affectus, per
lumen hoc supernaturale pertingit.
Propterea Bernardus ait, primam &
altissimam contemplationem esse
diuinæ maiestatis admirationem,
nam hæc admiratio, quæ, vt D. Tho
mas ait, est in voluntate, sequitur ac
tuum contemplationis, eum que com
mitatus,

*Lib. de cō-
sua. 4. in
fin.*

*2.2. q. 180
ar. 3.*

mitatur, & ei dat incrementum. Tam infinitum autem animæ, quæ ad hunc admirationis gradum pervenit, est bonum, ut etiam in terris vivens, velut in paradiso quodam spirituali cibus splendidissimis & pulcherrimarum virtutum donorumque celestium floribus refertissimo, in quo scilicet blanda divinarum consolationum aura spiret, & pacis, quæ omnem gustum ac sensum exsuperat, quies sentitur, in quo denique dulcissimi caritatis liquores percipiuntur, agere videatur. quod teste D. Bernardo verè est centuplex præmiû, quod suis hac in vita Deus, præter gloriam quam in vita æterna illis præparat, promittit.

Notandum autem, quòd, quamvis hanc rerum divinarum contemplationem, quæ hoc lumine & admiratione peragitur, sancti visionē animæ dicant, & perspicuam divinarum mysteriorum visionē, nō propterea desinat esse fidei cognitio: nā nō solū fides dicitur ipsū virtutis fidei lumē quod omnibus fidelibus cōmune est,

*Dionys.
Richel in
3. sent dis.
24 q. 1.*

est, verum etiam omne lumen, quo
fidelibus communicat Deus, in-
rim dum in hac vita peregrinamus
etsi altissimæ contemplationis
fit. Proinde per fidem interdum
ctores intelligunt solam fidei virt-
tem, & hoc sensu dicunt, cuncta
mysteria in hac vita altiori quodam
lumine quàm ipso fidei, scilicet
pientia & contemplationis
cognosci posse: interdum etiam
nomine omnem accipiunt cogniti-
onem, quæ non sit immediata & be-
ta Dei ipsius visio, qualis est car-
larum. & hoc sensu Apostolus
hac vita nos dixit per fidem vivere
non verò per claram Dei visionem
& ipsum à nobis videri in speculo
& ænigmate, id est, per creaturas, &
in altera vita facie ad faciem, sine
ullo rei creatæ medio, con-
spiciendum.

1. Cor. 13.
2. Cor. 3.

Bernard.
serm 41.
in Cant.



CAP. VIII.

*De sancto gratitudinis & gratiarum
actionis affectu, qui è mysteriorum
horum consideratione hauriendus.*

GRATITUDO aut reco-
gnitio in eo sita præcipuè, vt
beneficiū acceptum quis co-
gnoscat & magnificet, scilicet ma-
gnitudinem & utilitatem beneficij
recognoscat & ponderet, quodque
id gratis & liberaliter collatum
sit, seque erga benefactorem obliga-
tum agnoscat. Deinde vt beneficium
laudet, & magno cum affectu ubiq;
& coram quibus conueniat tale be-
neficium se recepisse testetur, & be-
nefactorem laudet, & gratias agat.
Tertiò vt beneficium reipsa pro fa-
cultate compenset. Hunc affectum
ex horum mysteriorū consideratio-
ne elicere oportet, hoc modo, con-
siderare scilicet mysterium hoc (ita
& in ceteris) maximum esse à Deo
nobis collatum beneficium, & sin-
gillatim videre quantum fecerit &
passus

*D. Thom.
2.2. q. 107.
a. 2.*

passus sit Christus Dominus, hoc
 mysterium operans: illius etiam
 utilitates excutere. itaque inueni-
 mus, quodcumque mysterium fo-
 cundissimum & amplissimum est
 beneficium, quod alia innumera
 complectatur. Nam per quodcumque
 vitæ & passionis Christi mysterium
 sumus à peccato, dæmone, morte
 condemnatione, igne sempiterno
 & passionum tyrannide liberati, &
 mul etiam gratia cõfertur, qua Deo
 grati reddamur, & adoptio, qua filii
 Dei constituamur; dantur item vir-
 tutes omnes & dona Spiritus sancti,
 & aduersus tentationes victoria, ac
 que vt viua Christi membra, & om-
 nium eius meritorum ac glorię par-
 ticipes fiamus. Omnia hæc bona &
 commoda ab vnoquoque mysterio
 proueniunt; proinde æquum est, vt
 in omnibus quæ meditamur grati-
 tudinem exhibeamus. Nam quamuis
 certum sit, Redemptorem Christum
 singula mysteria, vt integrum Re-
 demptionis nostræ pretium offerre
 noluisse, sed quidquid fecit & tulit
 iam

*D. Thom.
 quodlib.
 2. q. 1.*

DE ORAT. MENTALI. 141

iam inde à primo cōceptionis instā-
ti, donec in cruce exspiraret, in pre-
tium integrū & perfectum, quo om-
nibus mundi peccatis satisfaceret,
(ac proinde ante Saluatoris mortem
homo nondum erat redemptus, neu
coelum subire poterat) obtulisse; ta-
men certissimum etiam est, vnum-
quodque mysterium, & quodcum-
que eius opus, & pœnam quam in
illo subiit, sufficientissimum ad ho-
minem redimendum, & omnia illi
gratiæ & gloriæ bona comparanda,
pretium fuisse, quod infiniti valoris
& meriti fuerit. Quare si ipsum
Christus, velut plenariam satisfa-
ctionem, offerre voluisset, quali-
cumque eorundem mysteriorum
planè redempti, & coeli ingressum
adepti essemus. At noluit clemen-
tissimus Dominus, verum singula
mysteria, & quidquid ante mortem
fecit & passus est, velut partem
pretij, cum quo coniungens quod
moriendo pertulit, ipsum velut ple-
nariam satisfactionem in redemptio-
nem obtulit, vt ita & redemptio-
copio-

142 FRANC. ARIAS CAP. VI
copiosior foret, & mirabilius an-
rem immensum, quo salutem nos-
operabatur demonstraret. Quae
obrem dicimus, in vnoquoque
sterio omnes has nos utilitates,
redemptionis nostrae effectus con-
derare debere, quò pro iisdem gra-
simus: nam vnumquodque mys-
rium ad omnes simul producendum
suffecit, & de facto velut pars
eosdem operandos concurrat.

Considerandum insuper, quis
quia haec mysteria operetur, & haec
beneficia praestet. Si quis his nobis
beneficijs afficeret, qualia sunt vita
impendere, & grauissimis se cruci-
tibus & morti offerre, quo ab exercitu
nos morte vindicaret, & iustitiam
nobis bona compararet; maximam
illi gratitudinem deberemus, quòd
summa haec sint beneficia; quòd
verò magis cum Deus per seipsum
sacratissimam humanitatem, quam
sibi coniunxit, tam ingentibus nos
Lib. 8. c. 11. affecit donis. Refert Valerius Maxi-
mus, post confectum à Scipione Ro-
mano proelium, quemdam praedam
distri-

distribuentem, militi generosissimo, quiq̄ue strenuè rem gesserat laminam auri dedisse. miles ergo de doni paruitate exoptulans ante datoris pedes ipsum abijcit, maiora se promeritum ratus. Vocat militem Scipio, & armillas illi argenteas in rei benè gestæ remunerationem offert, dicens: His te armillis donat Imperator. Placuit militi donum, eoq̄ue contentus abijt quasi mercedem consecutus amplissimam, quod à Scipione eam accepisset. Meritò miles censuit, maius esse, aliquantum argenti à magno accipere Principe, quam magni pretij aurū à gregario. nam qui alteri quidquam cōfert, illum se magni fecere ostendit, seque eiusdem meminisse, rationē habere, & amare. Sicut ergo maius quid est, vt quis vir primarius tui recordetur, quam æqualis, propterea exiguum à summo Imperatore profectum munus, maioris fieri solet, quā pretiosum à triuiali. Quam ergo hæc mysteria facienda sunt, quæ præterquam quod immensa sint benefici-

beneficia, immediatè ab æterno & ad h

finitæ maiestatis recipimus De peto

Quanti porrò hæc facienda dign

vt ijs grati, prout oportet, ex qua

mus, docebit nos viri cuiusdam gni a

ctissimi gratitudo . Ingens im- cit, c

Tobias ab angelo Raphaelè, qu hec c

hominem credebat, beneficium riens

cepit. Cui cum gratiam repen- esse,

vellet, quid dixit, quid egit? cum adsta

Tob. 12. tre agens ait, *Pater quam mercede omni*

dabimus ei? aut quid dignum pot- dem?

esse beneficij eius? quasi diceret, horis

ingétia eius in nos beneficia sum- rarum

etiam si daremus quidquid hâ- Deur

mus, parem referre gratiam quin

possimus. Cumque in genere bene- glori

cium retulisset, dicens, *Me duxit lebra*

reduxit sanum; statim omnes e- hæc r

dem partes & circumstantias exp- sunt,

suit, *Pecuniam à Gebelo ipse recep- rund*

uxorem ipse me habere fecit, & quæ i

monium ab ea ipse comperscuit, gan- per e

parentibus eius fecit, me ipsum à gilla

uoratione piscis eripuit, te quoque rum

dere fecit lumen cæli, & bonis om- cand

bus per eum repleti sumus. Quid ad ha

perpe

ad hac poterimus dignum dare? sed
 petote pater mi, vt roges eum, si forte
 dignabitur medietatem de omnibus,
 que allata sunt, sibi assumere. Perma-
 gni adolescens hic hæc beneficia fe-
 cit, dum credit ab homine sui simili
 hæc collata. at vbi conductor se ape-
 riens se dixit Angelum Raphaellem
 esse, de numero illorum, qui Deo
 adstant, tam præclarè de beneficijs
 omnibus sentire cœpit, tanti que ea-
 dem facere, vt solo prostratus tres
 horas iacuerit consternatus, tam
 rarum beneficium obstupescens,
 Deumque laudans & benedicens:
 quin & exurgens à Deo laudando,
 glorificando, eiusque encomijs ce-
 lebrandis non cessabat. Ita scilicet
 hæc mysteria consideranda nobis
 sunt, quo ijs grati simus, singulas eo-
 rundem circumstantias, & singula
 quæ inde nobis euenerunt, & sem-
 per euenient bona, minutim & sin-
 gillatim excutiendo, Deumque eo-
 rum nomine laudando & glorifi-
 cando, nosque illi laudem, & cultû
 perpetuum & quam possumus ma-

G ximum

ximum exhibere debere confite-
do. Præcipuum autem quod ponderandum est, quò grati simus, ipse amor est, à quo profecta sunt. Nam in singulis beneficijs, quò grati sumus, vt sancti tradunt, magis beneficioris affectus, quàm opus ipsius beneficioris effectus ponderandus est, quanto potius in hisce beneficijs quæ ab æterno & infinito amore scenderunt animæ oculos in æternum amoris fontem quò gratias pendamus, conijcere oportet. Hinc sacra Scriptura, dum summam horum mysteriorum ob oculos ponit, scilicet filij Dei in hunc mundum aduentum, eiusque passionem, velut digito caritatem, quæ radix est, è qua illa progerminarunt monstrat. Hinc propheta Isaias, mysticis verbis hæc mirabilia declarasset, quæ Deus ad mundi saluationem esset operaturus, ilico subnectit velut in fontem, è quo descendenda essent, intendens, *Zelus*, id est, ardentissimus & vehementissimus amor *Dsmini exercituum faciet hoc*,
Et lo-

D. Thom.

2.2 q. 106

4.3.

Isai c. 9.

v. 37.

Et Ioannes ait, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* & alio in loco, *Dilexit nos*, & Apoc. 1. *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* & Apostolus Paulus, *Christus dilexit Ecclesiã, & se ipsum tradidit pro ea.* & ad Romanos, *Commendat autem charitatẽ suam in nobis Deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Atque huc inuitare nos voluit minus, cum moriens in ligno crucis diuinum ad cor vsque, caput inclinavit. aliud non habebat in corpore membrum, quod liberẽ mouere posset, præter caput; nam pedes manusque clarius confixæ erant, & benedictissimo hoc capite cor nobis designabat, ut videremus, quo potissimum consideratio & affectus animæ dirigenda essent, ad amorem scilicet cordis. Eandem etiam ob causam mortuo sibi latus aperiri voluit, ut per hanc vitæ fenestram ardentissimũ amoris incendium, quod in sacratissimo hoc pectore flagrabat, contemplari ingrederemur,

G 2 eo quæ

148 FRANC. ARIAS CAP. IX
eoque succenderemur, atque ita pro
singulis mysterijs, quæ hinc prodie
rant, & cum ipso ad redemptionem
nostram concurrerant, gratias in
mensas ageremus.

CAP. IX.

*Quam excellens & utilis sit sancti
hic gratitudinis & gratiarum
actionis affectus.*

ERGO dum anima sancti
hunc gratitudinis affectum
beneficium acceptum magis
faciens & ponderans, & cognoscens
quantum Deo eo nomine debeat,
sumque eo nomine laudans & exaltans
seque ad illi par referendum, & cum
ta animi contentione seruiendum
offerens, in oratione exercet; excelsis
lentissimum virtutis actum præstat
qui ad insignem eminentemque Religionis
virtutem spectat, cuius
Deo debitum cultum, reuerentiam
& obsequium, in recognitionem eius
quod supremum ipse sit principium
& omnis nostri boni auctor, datur
Facit

Facit quoque actum imprimis neces- *D. Thom.*
 sarium : nam gratiarum actio Deo 2.2.9 83.
 maximè debetur, vt scribit Paulus *a 17* &
 ad Thessalonicenses : *Nos autem de-* *qu 106.*
bemus gratias agere semper pro vobis, *ar. 1.*
 id est, pro beneficijs, quæ à Deo re- *2. Thess. 2.*
 cepistis. Cùm igitur caritas obliget
 ad agendas Deo gratias pro benefi-
 cijs, quæ proximus ab eius manu ac-
 cepit; quanto potius easdem pro be-
 neficijs in nos ipsos ab infinita eius
 misericordia collatis agere tenebi-
 mur? & præsertim pro huiusmodi
 beneficijs, qualia sunt redemptionis;
 quæ, licet omnium aliorum ali-
 quando obliuisceremur, numquam
 animo per obliuionem eradenda
 sunt, vt his verbis docet Bernardus. *Serm 11.*
 Quoniam omnibus impossibile est, *in Cant.*
 omnium singillatim beneficiorum
 Dei recordari & semper ea in animo
 habere, vt particulatim pro ijsdem
 gratias agamus, saltem præcipuum
 & omnium maximum, ipsum scili-
 cet redemptionis, nunquam menti
 ipsorum, qui hoc ipso redempti
 sunt, excidat.

Facimus hic item rem Deo
tissimam, quæque honorem illi
gloriam afferat, quod satis in
ptura declaravit Deus, cum to
hominibus inculcat, ut semper
beneficiorum suorum recordentur
grati sint, gratias agant, se laus
benedicant & pro ijs glorificent
per Prophetam id confirmat

Psal. 49 ait, *Sacrificium laudis honorificum est*
me. Et grauitèr è contra expostulatur
& supplicia interminatur ijs,
ipsum negligunt.

Esdr. 1.

D. Thom.

p. 1. q. 95.

a. 4. 2. 2.

q. 27. a. 7.

In opus de

Mortifica

tione p. 3.

6. 9.

Ita quoque magni meriti opus
agimus: quo enim opus iusti merito
eminentioris virtutis, & Deo
tius, tanto maioris meriti, gratia
gloriæ apud Deum futurum est
post aliò in tractatu declarabitur
opus item agimus animabus nobis
utilissimum: nam certum est, quod
sicut ingratitude & beneficiorum
receptorum obliuio in causa est
Deus iisdem hominem spoliatur
gratitudo, & vera gratiarum actio
pro donis acceptis, causa est
Deus eadem in animabus gratiorum

aug.

CAP. I DE ORAT. MENTALI. 151

augeat & multiplicet, & manu liberalissima in ipsas misericordiae suae fluente, magna copia noua dona & gratias communicando effundat.

Vnde mellifluus Bernardus, *Serm. 1. in cap. ieiun.* Flumina ad mare properant, quod illorum velut fons est, ut iterum ex eodem effluant: ita quando dona quae à Deo recepimus, in eum per gratiarum actionem refundimus, tunc noua dona Dei in nos ipsos redeunt & promanant: nam qui in modico fidelis est, dignus est, qui copiosiora pluraque recipiat.

Hec & alia plurima sunt bona, & diuitiae spirituales, quae in sancto hoc gratitudinis affectu continentur; ad quae obtinenda, magno hunc feruore & sensu exercere conuenit. Cui rei mirifice, praeter ea quae dicta sunt, duo vsui futura sunt. Primò bene ponderare, quid de nobis singulis sine his mysterijs foret. Dicat ergo secum homo, nisi per sacratissima haec vitae & passionis Christi mysteria staret in singulis peccatis, quae patraui perijssim, neque enim habuis-

152 FRANC. ARIAS CAP. II
sem, qui me inde educeret, & propter
peccata quæ commisi, in alia infi-
ta cecidissem, quòd non habuisse
qui eadem fugiendi vires dedisset
sine vlla spe æternis addictus esse
poenis, & paulò post in me esset
sententia executioni mandanda, me
in ignis sempiterni abyssò, sine
vniquam egrediendi spe còstitutum
vidissem. Quàm infinita quantitas
hæc mala sunt? ecquod illa cogitatio
gnè perpendere potest? quæ lingua
exponat. Ab his autem omnibus
sacra hæc mysteria liberatus sum.
omnia hæc incarnationi huic, nati-
tati, circūcisioni & reliquis mysteri-
is, ac operib⁹ Saluatoris mei debeo.
Alterum quod huc conducet, erit
scilicet homo ita vnumquodq; mys-
terium & beneficium perpendere
quasi pro se solo id actum esset, ut
solus id ipse recepisset, ut in affectu
amoris diximus, ut tamen ceteri ho-
minum excludendi non sint, qui ho-
rum beneficiorum participes sumus.
tamè quasi reliquorum oblitus, in se
solum oculos conijciat, dicens: Pro-
pter

CAP. II
et, & pra
a alia infi
habuisse
es dedisse
ictus esse
e esse se
nda, me
o, sine
cōstitum
quante
lla cor
uæ ling
onibus
us sum
ic, nat
myster
ei debet
et, erit
odq; m
rpende
ffer, n
n affe
eteri ho
qui ho
es sum
us, in
ns: Pro
pra

DE ORAT. MENTALI. 153

pter me solum hoc factum est my-
sterium, mihi hoc praestitum bene-
ficium, ita ipsum exaltās, & gratum
habens tali cum affectu, quasi pro se
solum id actum esset. Nam vt solis
lumen ita ipsū illustrat, quasi ipsum
solum illuminaret, & aliorum illu-
stratio, donum non imminuit, sed
potius auget. nam alios illuminan-
do, socios illi dat, qui adiuuent, cō-
solentur, & benefaciant: ita vnum-
quodque Christi mysterium vti su-
pra diximus, ita prodest ipsi, quasi
pro se solo actum esset; & quod alijs
profit, illius vtilitatem non accīdit,
verum quam maximè auget, dat e-
nim collegas, qui ipsum etiam amēt,
congratulentur, & gloriam amplifi-
cent. Docet hoc Chrysostomus his
ce verbis. Boni ac fidelis serui est,
Domini sui beneficia, quæ omnibus
communia, ita estimare & grata ha-
bere, quasi sibi soli fierent, & quasi
ipse solus omnium debitor foret, &
obligatus pro singulis gratiam re-
pendere. Et meritò ita sentit; nam
reuera tam integra & perfecta, illi

*Lib. de
compun-
tione cor-
dis.*

154 FRANC. ARIAS CAP. II
collata sunt, & ita in vsum & in
rationem eius, quasi pro se solo
collata fuissent.

Præter hæc gratitudinis ex-
tira quæ diximus, est & alius ex-
lentissimæ gratitudinis actus, qui
animam exercere par est, hæc mi-
ria dum meditatur, scilicet Patris
terno, & toti sanctissimæ Trinitati
gratias pro ineffabilibus illis be-
ficijs, quæ sacratissima illa filij
humanitas operata est, illam scilicet
cet cum persona filij Dei vniuersam
tantamque illi gratiam, potestatem
auctoritatem, dignitatem, sanctita-
tem, sapientiam, perfectiones, glo-
riam in corpore simul & anima de-
do, quanta reuera dedit, agere, si-
terna ipsa caritas cogat, vt Deo gra-
tias pro beneficijs in proximum
vnumquemque in particulari colla-
tis agamus, vt ipsum Apostolus con-
fitetur; quanto potius amor quem
Christo redemptori in quantum ho-
mo debemus, nos obligat, vt bene-
ficiorum sanctissimæ huic humanita-
ti collatorum ratione, gratias age-
mus

2. Thess 1.
2.

mus? Si humani corporis membra quodam modo teneantur gratitudinem exhibere ob bona capiti collata, quòd omne capitis bonum alijs membris communicetur: quantò potius fideles omnes, & quisque in particulari, tenentur agere gratias ob infiniti valoris beneficia sacrae huic humanitati data, secundum quam Christus nostrum est caput, nobisque vt membris suis, omnia bona communicat in quantum eorundem capaces sumus? Hunc ergo gratitudinis affectum exercent anima, atque ita pretij infiniti thesaurum reperiet: nam sic proximi bona amantes eius virtutes scilicet, & bona opera, misericordiam, patientiam, eleemosynarum largitionem, & poenitentias, & fructum quem animæ comparat, & in ijs operibus exultantes, & in Deum horum gloriam referentes, hoc etiam bonum lucratur, quod illas virtutes ac bona opera, nostra quodam modo faciamus: & nihil de proximi merito deterrentes, id nobis applicemus, iu-

*Ephess. 1.
v. 4.
Coloss. 1.
v. 2.*



xta gradum affectus caritatis, qua
 lætamur, & gratias agimus; quæ
Pastoral, admirabilis D. Gregorij sententia
 6, 11. dicentis. Nostra sanè sunt proximi
 quem diligimus opera bona. non
 illa est magna virtus caritatis,
 quæ opera alieno labore facta, nisi
 infra sine vlllo sudore & labore, sed
 solo animæ affectu efficit. Quam
 rem amando in Christo bona, quæ
 in quantum homo à diuinitate
 cepit, & ijs gaudendo, & gratias
 eadem agendo, nostra eadem merito
 bili quadam ratione reddimus, si
 licet copiosius omnium eius gratiarum
 & virtutum participando.

CAP. X.

De affectu contritionis & dolore peccatorum è sacrorum horum mysteriorum consideratione habièndo.

E GREGIUM hunc contritionis affectum ex horum mysteriorum contemplatione hoc modo elicere cõuenit: Considerando in hisce mysterijs peccata & hu-

& humiliaiones Christi redemptoris, ponderare debemus quam graue sit malum peccatum, cum tam pretioso opus fuerit malagmate & medicina ad ipsum curandum; vt scilicet se humiliaret Deus & hominum se ludibrijs cruciatibusque exponeret: quanta ipsum iniuria & offensa maiestatis diuinę. Et est reuera iniuria & culpa infinita malitię, cum ad illam luendam & illi satisfaciendum infiniti valoris satisfactione opus fuerit. Nam poena inflicta culpę grauitatem arguit. Si vir nobilis à carnifice abriperetur, & in patibulo in quo vilissimi quique sicarij & malefici suffigi solent, suspenderetur, enorme eius haud dubiè crimen esse nemo non fateretur: & si is, qui hoc modo ad supplicium raperetur princeps foret, ac regni hæres, & vnicus regis filius, sciremusque à proprio illum parente, viro iusto & pio, supplicio illi grauissimo tradi, colligeremus sanè delictum ob quod hocce supplicium irrogaretur, atrox, infandum & infi-

158 FRANC. ARIAS CAP. I
nitate grauitatis esse. Adhuc si sci-
mus principem illum, crimen
admisisse, sed seruum eius, & illud
quod pro hoc cautionem praestit-
set & fide iussisset, hoc supplicio
fici, multo etiam amplius delicti
huius grauitatem miraremur, &
se in mundo culpam tam enormem
quae hoc supplicium ex iusticia pro-
mereatur. Ex his omnibus peccatis
hominis perpendi grauitas potest
cogitando scilicet Deum iustissi-
mum, qui nunquam ultra condigna
in culpam animaduertit, tam ar-
dentia vnigenito Filio, quem infans
complectebatur amore, tormentum
irrogasse, idque non propria culpa
nam nunquam peccauit, aut peccatum
potuit, sed culpa filiorum Adam
prauaricatorum. quanta ergo sit
portet culpa, quale crimen, quod
tam atrox mereatur supplicium.
Consideret adhuc, quantopere ab-
tissimus Dei Filius hominum peccatis
ta detestetur, quantopere illi displiceant,
quantopere affligant, cum
sponte se talibus supplicijs & mor-
ti, quod

ti, quò peccata tolleret, obtulerit. Nemo prudens & sapiens malum eligeret maius, quo fugiat minus, quia potius quod minus putat, eligit, quo maius euitet. Cùm tamen DEI Filius ipsa prudentia & æterni Patris Sapientia, propria voluntate & sponte huiusmodi pœnas & mortem, quò peccata aboleret elegerit, clarissimè sequitur, magis Christum peccata quæ facimus, quam passionis tormenta, infamiam & mortem sensisse, & maiorem illi pœnam ac dolorem in anima peccata, quàm omnes crucis angustias & certamina attulisse.

Hiscè rationibus peccati grauitatem excutiat homo, quibus nullæ haberi efficaciores queunt. Nam etsi peccati grauitatem egregiè declaret, cõsiderare, ob vnicum peccatum mortale, quod vel momento committitur, æterna Deum irrogare supplicia, & quidem infernalialia; multo verò potius eandem demonstrat, Patrem æternum in vniogenito Filio suo tam enormibus,

CRU-

cruciatibus & morte hominum
 peccata castigasse. Vbi ergo homo
 secum vniuscuiusque peccati gra-
 tatem perpenderit, mox in se redi-
 ac cogitet, Ergo ego sum is, qui
 graues infinitæ & æternæ Dei ma-
 stati iniurias irrogavi, ego dilecti-
 simum æterni Patris Filium cruci-
 xi, ego tantorum cruciatuum & do-
 lorum causa exstici. ac si ne tum quæ-
 dem dolorem aut lacrymas in parte
 sensitiua senserit, in voluntate
 tem easdem sentire conetur, con-
 piendo scilicet displicentiam & con-
 dium peccati ac contritionem, quæ
 interius dicat, ob vllum mundano
 num se nolle vnquam peccato con-
 sensisse, simulque asserat, tantum
 Deo iuuante, deinceps malum
 nimè quantum quidem potuerit
 commissurum.

Esdr. 1. c.

9 & 10.

Filij Israel cum è Babylonica ca-
 ptiuitate redijssent, sciebat Esdras
 sacerdos & doctõr legis illos ob
 fiduum cum gentibus commercium
 in grauissima peccata prolapsos fu-
 isse; & imprimis quod contra legem
 præ-

homin
 ergo ho
 ccati gra
 in se red
 is, qui
 e Dei m
 go dilec
 um cruci
 uum &
 e tum q
 as in pe
 untate
 ur, coc
 riam &
 nem, q
 mundi
 cato coc
 antum
 alum m
 potuer
 onica
 ae El
 os ob
 mercim
 pfof
 tra leg
 pra

præscriptum, vxores alienigenas
 duxissent. Ergo gloria diuinæ & sa-
 lutis animarum zelo actus, his audi-
 tis, interno fuit dolore tactus, inque
 eius signum vestimenta dirupit, ca-
 pillos euulsit. & barbam, & ante
 templum in genua prostratus, ma-
 nus in cœlum sustulit lacrymasque
 effundens orauit, dicens: *Deus meus*
confundor & erubescō leuare faciem
meam ad te, quoniam iniquitates no-
stra multiplicatae sunt super caput no-
strum; & delicta nostra creuerunt us-
que ad cœlum. Et hac mentis afflicti-
 one ille motus populi que peccata
 deplorans, comedere aut bibere no-
 luit, quod cibi illi forent lacrymæ
 noctu diuque. Filij Israel autem Es-
 dra ob peccata aliena poenitentiam
 videntes, delictorum poenitentia
 tangi coepere, inque eorundem
 expiationem copiosum lacrymarū
 imbrem effuderunt. Tantus porrò
 omnium fuit dolor & timor, vt teste
 Scriptura ob delicta tremere, pec-
 cataque cōfiterentur, dicentes: *Præ-*
uaricati sumus in Deum nostrum,
 per

per poenitentiam ad ipsum con-
 tamur, sanctamque eius legem
 pleamus. Si Esdræ poenitentiam
 populi peccata conspecta eius
 efficaciam, ut ipse peccatorum
 tatem conciperet, & pro ijsdem
 leret; an non fidelibus nobis ad
 uitatem delictorum ponderamus
 eaque dignis lacrymis expianda
 mulus esse debet, videre in
 hisce mysterijs, summum facer-
 tem nostrum Christum, æterni
 Patris Verbum, lucem mundi,
 dolore & tristitia ob delicta
 affectum, ut sanguinem illum
 quaque exsudare, vestes nomi-
 quidem lana contextas, sed sacra-
 simam humanitatem, è virgine
 formatam sanguinibus confici-
 cogat, quam tam gratanter aper-
 dam, & virgis, spinis, clavis, &
 tormentorum adinventionibus
 secandem obtulit; ac propter deli-
 ctorum nostrorum sensum & do-
 rem, atque ut ob eadem poeniten-
 am agat, capillos sibi euelli, barbas
 expilari, & sacratissimum vultum
 con-

conspui sinat; tamque strictè ieiunet, vt totus tormentis exhaustus, aridus & sitibundus, ob copiosissimum effusum sanguinem, non comedat, non bibat, quam fel & acetum. Videre adhæc affixum ligno crucis oculis in cælum sublatis, plorantem, & præ doloris ob peccata nostra concepti vehementia clamantem, & totum se illorum causa in sacrificium offerentem. Quàm efficax hoc ad dolorem criminum excitandum, qui totum cor diffingat & dilaceret, spectaculum? quàm acerba ac tristis visio, quæ tristitiam easuetur & lacrymas terram humectantes? Hic igitur anima consistat & causas sui compungendi excogitet; quæ vbi se à Deo tactam viderit (nam ab ipso affectus contritionis vti & reliqui descendunt) doleat, poeniteat, peccatum ex animo detestetur, abhorrens quod Deus tantopere abhorret, & poenitentia occidat, quod ille occidit, culpam scilicet, & cum Psalmista dicat, *Labora in gemitu meo: lauabo per singulas noctes*

noctes lectum meum: lacrymis
stratum meum rigabo. Discedite
omnes qui operamini iniquitatem.
Peccatum in posterum abscidite.
procul esto à me omnis in peccato
tum consensus, procul este socii
amici, qui suis me exemplis &
suasionibus ad Deum meum con-
dendum inuitant, procul à meo
tubernio & familiaritate omnes
qui diligitis iniquitatem & peccatum.

Hoc affectu contritionis, si me
ipsum exercere in horum mysteri-
orum consideratione poterimus, in
omni animam vitio mundabimur,
passiones compescemus, pro debitis
supplicijs Deo satisfaciemus, merita
multiplicabimus, virtutes, dona
gratiamque diuinam augebimus, &
in signem consolationem nancies-
mur. Nam latet hic admirabile De-
secretum. Cùm enim tristitia pro-
prium sit, contristare, & dolere
cruciare & turbare, sicut in dolore
ob damna temporalia & alia, quae
præter hominis voluntatem & be-
neplacitum accidunt, accidit.

neplacitum accidunt, fieri videmus;
 tunc vna tristitia succedit alteri, &
 dolori dolor; sæpe etiam tanta in-
 gruit inquietudo, afflictio, & deli-
 quium, vt desperationem inducat:
 ac propterea ait Scriptura, à tali tri-
 stitia exsiccati ossa, atque vt vermis
 lignum, & tinea vestem, ita tristitia
 cor consumit, & omne eius bonum
 exedit. Hæc quidem in tristitia tem-
 porali ita communiter fiunt; in tri-
 stitia tamen sancta & dolore bono,
 qui ob peccata scilicet assumitur,
 contra cernimus fieri: nam hic cor
 consolatur, & ad omne bonum ex-
 citat & accendit. Cuius hæc est ra-
 tio, quod rerum temporalium dolor
 ex inordinato erga creaturas affe-
 ctu nascatur, ac propterea tales af-
 fectus habet, at qui ob crimina in-
 duitur dolor, à Spiritu sancto, qui
 hunc animæ dolorem inspirat, &
 per eundem illam mundat & pur-
 gat, producit, vt idem Spiritus
 sanctus noua & copiosiore gratia in
 eadem commoretur: & quoniam
 Spiritus sancti est consolari & re-
 creare;

Prou. 17.
 Prou. 25.

create; hinc anima peccata sua
 plorans consolationem accipit

Matth. 5.

quietem, paceque fruitur, unde
 ea completur illud Christi: *Beati*
lugent, quoniam ipsi consolabuntur

Præter rationes dictas, quibus
 cati grauitas excutitur, & anima
 doloré excitatur, vtile etiã fuerit
 hūc affectū ex hisce mysterijs tra
 dū, virtutes, quas Christus in his
 docet, cū culpis, in quas prolapsi
 mus, comparare, atque hoc pat
 humilitatem, patientiam, caritatē
 & reliquas eius virtutes cōsiderat
 homo, dicat in corde suo, *Christus*
Dominus ac Deus meus ita se humi
lem gessit, quò me humilitatem do
ceret; & ipse adè arrogans & leuis
sum: ille se ita mansuetum ac paci
entem, vt doceret me iniurias ferre
& ego adè impatiens, vt etiam ob
leuissima quæque indignè & contum
mouear, verbisq; contentam, Chris
stus adè ab omnibus delicijs alie
nis, tormentisq; plenus, quò me
omnes delicias ac inordinatas car
nis voluptates fugere doceret, &
 ego

cata sua ego addo fœdus & intemperans. Hac
 virtutum, quas Christi exemplo ha-
 bere deberet, cum vitijs contrarijs,
 quæ in se agnoscit, collatione facta
 seipsum confundet, deque peccatis
 dolebit: & si nec hisce motiuis &
 causis ad confusionem & peccato-
 rum dolorem moueatur, hoc ipso
 confundatur & doleat, quod tam
 durus sit & insensibilis, vt tanto a-
 moris & beneficiorum incendio nõ
 molliatur, & tam validi impetus
 nullam in se impressionem, nul-
 lumve sensum efficiant, seque graui-
 ter reprehendat, dicens cum Pro-
 pheta, *Frons mulieris meretricis facta*
est tibi, noluisti erubescere de malis
commissis. Jerem. 3^o

Econtra verò si dolor & sensus
 ac peccatorum poenitentia ea sit, vt
 aliquam pusillanimitatem & despe-
 rationem causetur; vltimus nõ pro-
 cedat, neu sua secum peccata, sed
 coram Christo Iesu, qui eadem re-
 mittere & condonare paratus est,
 qui que propterea sacrosancta hæc
 vitæ ac passionis mysteria operatus
 est

168 FRANC. ARIAS CAP. X
est intueatur. Quando æger brach
læsum & saucium secum solus
tuetur; fit pusillanimis, & dolet
quando medico, qui vulnus curat
& vult, & potest, detegente in
cit, fiduciam & animum concipit
ita quando anima compuncta
sola peccatorum multitudinem
uitatemq; perpendit, animum
dammodo despondet, & timor
concipit; sed ubi eãdem operã
stum redemptorem intuetur, qu
certo scit, ijs posse & velle med
eadem remittendo, victoriamq;
illis, & gratiam ad impostera
tanda concedendo; de quẽ e
hoc modo dolet, Christo cõ
medico eadem repræsẽtando, e
ex animo dicendo: Hęc sunt pecc
ta mea Domine, & mortalia anima
vulnera, hisce medere obsecro.
teor me, Domine, hęc commiss
sed poenitet, eadem me amasse
teor, sed iam detestor, & velut
micos horreo; libera me Deus meus
& plenam de illis victoriam conce
de. Propterea & naturam meam
sunt

impfisti, & in eadem hæc mysteria
 peratus es, & illa mea fecisti: hæc
 in pretium & obtentionem huius
 gratiæ, quam à te postulo, offero Do-
 mine; hoc inquam pacto à Christo
 delictorum veniam consequetur, &
 aduersus pusillanimitatem, quæ ex
 horum cognitione & dolore nasci-
 tur, raborabitur: nam contritionem
 & præteritorum dolorem peccato-
 rum, etiam quam maximè enormi-
 um, exercitando, consolationem &
 fiduciam cum spe veniæ concipit, &
 ad in virtutis via perseverandum &
 proficiendam & nunquam eodem
 redeundum animatur & conforta-
 tur. Quæ omnia fidelissimè Deus
 cum animabus vera contritione ad
 ipsam reuertentibus agit.

CAP. IX.

*De sancto & pio compassionis affectu,
 quem ex hisce mysterijs colligere
 debemus.*

VN M alteri compati, est do-
 lorem de dolore alterius &
 H poenam

poenā de eius pena cōcipere, et
 suis laborib⁹, luctu & lacrymis
 dis comitari. Affectū hunc in
 Christi mysteriorū meditatione
 ercere debemus, & præsertim
 quæ a liquid poenosum & acerbum
 nostri causa Christus pertulit,
 tinent, qualia sunt natiuitatis,
 cumcisionis, & passionis. Hic
 go cruciatum, quem in sacrati
 corpore suo Dominus pertulit
 mul & tristitiam & dolorem,
 in sanctissima anima sensit con
 rantes, studere debemus, vt
 tate, & si fieri potest, appetit
 tino doleamus, & cruciemur
 nostri causa benedictissimus Do
 nus hæc subeat & patiatur. Et
 ipsa caritas, vt si proximū dolo
 affligi videamus, cōdoleamus.

Rom. 12. hic est caritatis actus, vt ait
 lus, flere cum flentibus. Ita se
Iob 30. confitetur Iob Propheta, *Flere*
quondam super eo qui affligit me
& compatiebatur animæ meæ
ri. Si ergo cum omni proximo
 cessitate laborāte, hæc facere

et, & magis ex animo cū fratribus
 & amicis hæc, quādo quid ijs acerbū
 & pœnosum accidit, facimus, & li-
 cet res iam præterita sit, quando eius
 narrando memoriā refricari, vel
 ipsos narrantes audimus, dolorem
 concipimus; quanto hoc potius cum
 Dei Filio agamus oportet, qui natu-
 ram nostram assumendo noster fa-
 ctus est frater, oculis animæ illum
 tam acerbos cruciatus subire nostri
 causa & ex amore videntes. Vnde

*Lib. 6. de
 diu. offic.
 c. 2. § 13.*

Rupertus: Ita gratia & caritate
 Christi, qui se nostri ergò morti tra-
 didit, lætari debemus, vt simul inte-
 rius, quod tali Domino tormentorū
 & mortis causa exstiterimus dolea-
 mus: nam tali tantoque bono non
 gaudere, ingratum, & tormentis
 non condolere, crudele foret.

Aduertendum autem, hanc sup-
 pliciorum redemptoris compassio-
 nem, & cordis atque oculorum la-
 crymis condolentiam, spiritu &
 sensu, qui tali mysterio dignus sit,
 fieri oportere. Mulieribus Ierosoly-
 mitanis, Christum cruce onustum

Luc. 23.

ad montem Caluariæ properantibus
 plorantibus ipse ait: *Filiae Hierusalem,
 nolite flere super me, sed super
 ipsas, & filios vestros.* Mulieres
 quod Christum verum Deum &
 hominem esse, & sponte illum in
 cruce tum homo, pro mundi peccatis
 succumbere ignorarent, naturaliter
 metu illi velut homini sancto, qui
 leniter ad mortem rapiebatur, con-
 patiebantur; mortemque eius ve-
 casum tristem & peracerbum,
 homini iusto præter voluntatem
 accidit, dolebant; ut lugeri plorantibus
 que reliquæ calamitates & fun-
 casus, homini omninò præter
 voluntatem contingentes, solent
 scilicet spectavit & Christus, ut
 hæc matronas plorare vetuit, ne
 hæc nec ad se nec ad passionem lau-
 ræ spectabant, nec ijs ipse indignus
 bat. At ob impendentium obprobria
 ta malorum metû, propria quoque
 peccata & filiorum plorare illi
 voluit, ut per poenitentiam ab ira
 diuina, quæ huiusmodi flagella
 terminabatur, vindicarent. Atque

ita penitus eas nō prohibuit patien-
 ti sibi cōpati & condolere, sed ne se
 tam humili sensu, quiq; passione sua
 adēd indignus sit, plangerent. Quin
 etiam insignem erga ipsas caritatem
 ostendit dum flagellorum ipsas quæ
 diuina iustitia minabatur præmo-
 nuit, simulq; eiusdem placandæ
 medium suggestit, delictorum scilicet
 expiationem: Ac, tametsi iusti
 supplicio condolere, illiq; com-
 pati, uti ipsæ Christo faciebant, bo-
 num sit, præcipuè tamen & im-
 primis ploranda esse delicta, quorū
 ipsæ parū sollicitæ erant. Propter
 ea magno cum pietatis affectu ipsas
 illorum quæ maximè conueniebant
 monuit; simul & nos omnes, quanto
 compassionis affectu suis supplicijs
 condolere, ac sacratissimam passio-
 nem suam flere debeamus, recogni-
 tione scilicet ac fide, illum ipsum
 scilicet qui patitur, Deum esse &
 hominem, & sponte gratisq; ex
 puro erga hominem affectu, ac pro-
 pter hominum crimina ac culpas,
 quò ipsos ab iisdem & æterna dam-

natione liberaret, pati. Docuit ite
 fideles ad hanc compassionem &
 crymas, non ex solo naturali,
 spirituali erga patientem Domini
 affectu mouēdos; nec solum ob
 mini supplicia, sed præsertim
 peccata, quæ horum causa fue
 dolendum ac plorandum. Domini
 igitur passionem plorantes etiam
 etiam operâ seipso fleant, ut
 peccatis suis illi causa patiendi
 rint, simul etiam omniū hominū
 crimina, propter quæ hosce cruci
 tus Saluator subiit, plangant.

Viso ergo, quàm necessarius sit
 ctus hic compassionis sic affectus
 quoque sensu exercendus, iam
 cumstantias, quæ in singulis dolori
 sis mysterijs, quo ad hunc affectum
 excitentur, considerandæ sunt, in
 deamus. Imprimis igitur ad alter
 afflicto patientique condolendum
 mouemur, quod is, qui patitur, sit
 bonus, nobilis ac delicat^o sit, quod
 villo suo maleficio patiat, non
 amicus sit, quod nostri causa patiat
 tur, quodque acerbissima & maxi
 ma sup-

ma supplicia patiat. Omnia hæc
 in Christo Redemptore spectanda
 sunt; dispiciendum imprimis quis
 patiat, videbimus fratrem esse no-
 strum, eiusdem nobiscum naturæ,
 nobilissimum etiã iuuenem, regem
 quoque cœli ac terræ: quantum ad
 diuinam naturam, Filium Dei viui,
 quantum ad humanam, benignissi-
 mæ Virginis prolem: in omni sua
 vita humana virum innocentissimũ,
 fontem pietatis, mansuetudinis &
 benignitatis erga omnes omnino
 mortales: quoad sensus verò cor-
 poris in quibus patitur, delicatissi-
 mum: nam quo corporis humani
 complexio perfectior, & humores
 tota que eiusdem harmonia melio-
 rem habent proportionem, eo ta-
 ctus sensus & viuacior & delicati-
 or, & cuiuscumque pœnæ magis
 sensitiuus. Et quoniã sacratissimum
 hoc corpus Spiritus sancti operã
 formatum fuit, hinc complexionem
 & compositionem habuit, quàm vl-
 lus vmquam perfectiorem; atque ita
 tactus sensum penetrantiorem, ac
 H 4 magis

176 FRANC. ARIAS CAP. I
magis viuidum habuit, quàm ha
nus vllus. proinde minima quæ
punctura maiorem dolorem & c
ciatum in hoc corpore causata
quàm grauissima alio in corp
vulnera. Cùm ergo corpus hoc
delicatum & sensibile fuerit, po
rum quas patitur acerbitatem in
ac multitudinem consideremus,
has singulis in mysterijs excu
mus. In nascendo, quam graue
puero adeò tenero, & quàm ma
mè sentienti, frigus & patulum
diquaque stabulum, & præsepis
rities? In circumcisione, acuti
plaga, quod benedictæ eius car
particulam præcidit, ac deinde
in Aegyptum? In reliquo autem
cursu, asperitas & pœnalitas qua
vbique passus est? Certum est
medium vitæ ipsius spatium, eius
initio ac fini par ac simile fuisse:
namque diuinæ sapientiæ ordo,
finis ob quem in mundum venit, sc
licet eiusdem per supplicia & dolo
res redemptio, postulabat. Cùm er
go in principio ortus, & sine passio
nis

nis, quæ Euangelistæ expressè referunt, poenalties & rigores videamus, quibus delicatissimum suum corpus exposuit; hinc colligimus, in toto eum sanctissimæ vitæ discursu, eundem quodammodo tenorē seruasse, omne deliciarum in cibo, veste, lecto, reliquisque rebus genus abhorrendo; & multa poenarum asperitatumque genera, cum communi, quam ipse suscepit vita proportionata, quo omnibus exemplū daret subeundo. Venerat enim poenitentiam pro peccatis nostris acturus, hæc autem per opera poenalia fit; venerat vitiorum nostrorum plagas curaturus, hæc autem curatur, dum omnia corporis gaudia deliciarumque, quæ peccatorum radix sunt, rescinduntur, & in exercitiis virtutum sedulo incumbitur. Cùm autem vitam sacratissimam ad hunc finem direxerit, vt scilicet pro nostris peccatis ageret poenitentiam, deliciarumque ac voluptatum corporalium odium doceret, simul & amorem ad labores subeundos sug-

178 FRANC. ARIAS CAP. I
gereret; sequitur, vitam eius omni
delicijs alienissimam fuisse, & in
boribus exercitatissimam. Hæc
dem in generali considerare de
vitæ eius cursu debemus, quod
iusdem compassionem excitemus.
In reliquis autem sacratissimis
ius passionis mysterijs gravissimis
singulorum acerbitatem perpetua
re debemus. Ecquæ pœna fuit totum
carcere ictus, tunctiones, & trusiones
sustinere, tot in capite, ac reliquis
corpore plagas, ut sæpius in terra
prosterneretur; tot in genis & in
sacratissimo alapas? in columnis
& tam horrenda virgarum verbera
ac flagra excipere, ut totum corpus
dilaceratum, vnica duntaxat plaga
è toto corpore sanguinis riuus pro
manantibus videretur? in corona
tione, spineum pati sertum, quo
totum ambiuit ac cinxit caput, ac
tisque aculeis frontem & cerebrum
& delicatissima tempora ad vsque
ossa pungeret & penetraret? humerum
adeò laceratis & cruentis, exhausto
stoque & defecto corpore, ponderosum
rosu
pedi
ad
sub
ret
aspe
illi
quan
refce
omn
grave
nudu
cem
cruci
de me
re, sa
solue
potu
vltim
totum
man
& de
re, &
ita tr
sus h
quie
nam

rosam & graue crucis, quindenum
 pedum onus gestare, & cum eodem
 ad montem properare, vt aliquoties
 sub eo fitiscens in terram concide-
 ret: Ecquæ etiam fuit poena, quam quæ
 aspera, dum vt crucifigeretur, vestes
 illi denuo detractæ, & præsertim
 quando tunica sanguine pelli adhæ-
 rescens, violenter extracta, vt plagæ
 omnes quas ante receperat redinte-
 grarentur? Quis fuit dolor, quando
 nudum & in terra prostratū in cru-
 cem coniecere, & vna manu iam
 cruci clauo ingenti affixa, aliam, &
 deinde pedes eò violenter extraxe-
 re, sacrum corpus suis è compagibus
 soluentes, omnia vt ossa numerari
 potuerint? Quales dolores fuere illi
 vltimi, quando in cruce sustollenda
 totum corpus concussam est, omnes
 manuum pedumque diffractæ plagæ,
 & denuo omnia vulnera aperta fue-
 re, & ossa omnia loco mota? Atque
 ita tribus ipsis horis in aëre suspen-
 sus hæsit, nulla vt vel ad momentum
 quies indulta sit, nulla relaxatio;
 nam capitis cervical erat fertum

spineum, & pedum scabellum
à quibus configebantur.

Ponderet item quas hic passus
contumelias & infamiam. cum enim
natura esset Dei Filius, factus est
probrum & abiectio hominum,
que ut peccator, & maledictus,
deterior & indignior vita que
Barrabas habitus. Cogitet, illud
hæc pati in ciuitate, qua nulla in
be sanctitate celebrior, idque
Paschatis, quando vndique
dæi & Gentiles Ierosolymam con-
fluebant, idque in loco maleficis
putato, medio die, in latronum
legio & medio, velut illorum
signanus; pati etiam in altum suble-
tum & coram omnibus denudatum
& à populo, quem vnicè fouebat
diligebat, & præ alijs maximè bene-
fecit: nec in his poenis esse, qui auxi-
lio & recreationi sit: amici namque
præ metu tacebant, discipuli pauide
se subducunt, dulcissima verò mater
præsentia sua cruciatus augebat. Ita
illum. qui, antè ut Sanctus, Prophe-
ta, Messias habitus & cultus erat.

Ita

CAP. DE ORAT. MENTALI. 187

Ita minutim in vnoquoq; mysterio doloroso poenas & dolores quos Christus passus, considerandi sunt, vt iisdem compatiatur. Postremò ad huc affectum eliciendum, poenarum grauitate ponderata, in se redire hominem oportet, & cogitare se Benignissimo Domino harum poenarum causam exstitisse: nam eius causa, vtq; illum à peccatis & damnatione æterna liberaret, & in regnum Patris sui aditum illi patefaceret, easdem sustinet.

CAP. XII.

Quomodo compassionis affectus exercendus, interiores Saluatoris nostri dolores considerando.

GRAVISSIMI quidem fuere dolores, qui corpus Domini nostri dilacerarunt, qui simul & totam animæ essentiam, in quantum erat eiusdem corporis forma, excruciarunt: alij tamen dolores immediatè animam eius, quantum ad potentias interiores, & rationem

H 7

infe-

182 FRANC. ARIAS CAP. XI
inferiorem, exagitarunt, atque
multo maiores fuere: quare iustus
est, ut & illis in particulari contem-
pleamus. Primaria horum dolorum
interiorum causa fuere peccata
minimum, tam quæ iam inde à ma-
exordio facta sunt, quàm quæ ad
que finem patranda sunt: omnia
quidem ob oculos habebat, & san-
ctissima anima sua peruidebat. Quod
que ita cogitari non potest, quod
grauē diuino huic cordi cormen-
fuerit, tā infandū semper, terribile
& triste spectaculum ob oculos ha-
bere, quale erant omnia delicta
culpæ, quæ in diuinam maiestatem
commisæ fuerant, committebantur,
tur, & committendæ erant. Quo ma-
lius hi dolores intelligantur, adue-
tendum est, in primo quo sanctissi-
ma illa anima Christi creata fuit
puncto, statim illam vidisse diuinam
essentiam, uti modo videt, vidisse,
inquam, infinitè dignam esse, quam
angeli omnes & homines honorent
& colant, & si fieri posset, infinitam
gloriam, cum illam promereatur,
tribu-

DE ORAT. MENTALI. 183

tribuant. Omnem autem illam gloriam, qua diuinitatem dignam esse vidit, omnibus amoris viribus sibi collatis, quæ ineffabiles sunt, sibi desiderabat. Et tametsi commune sit, vt qui clarè Deum vident, & in anima beati sunt, in omnibus etiam animæ, ac corporis potentijs beati sint, adèd vt nullam sentire amplius pœnam aut dolorem queant: in Christo tamen hoc exceptionem toto illo tempore quo in terra vixit, passum est. Vt licet anima, quoad partem superiorem, fuerit beata, & immenso gaudio plena, tamen quoad corpus, & partem sensitiuam animæ, quæ corpus informat, pœnæ simul & tormentorum capax fuit: quoad rationem verò inferiorem, quæ res temporales intuetur, tristitia & doloris. nam gloria quæ in superiori animæ ratione versabatur, in potentias inferiores non redundabat. Ita porrò id Deus Pater fieri voluit, vt Christus Dominus noster, in quantum homo mundum redimere posset; & sacratissima illa anima id

184 FRANC. ARIAS CAP. V DE
ma id ita acceptavit & voluit, ut
se reciperet pœnas, quas non
peccatis promerebamur. Quomodo
igitur sancta illa anima pœna
doloris capax fuit, videbat hinc
uinitatem, quam immenso amore
diligebat & cuius gloriam, cultum
& obedientiam maximè optabat.
Illinc verò omnia hominum peccata
& facta, & quæ in præsentibus
fiiebāt, & ad finem vsque mundi
tranda erant: cumque illa peccata
innumera forent, singula ipsorum
in magnam diuinitatis iniuriam,
in finitæ maiestatis contemptum
dere videbat. Hinc cōtinuus & per
petuus illi dolor obuersabatur, qui
velut immensum pelagus illum ob
ruebat; atque adeò magnus & excen
sivus, ut quidquid dici concipi
potest, ineffabiliter excedat. Hoc
namque dolor ab amore procedebat,
& ut amor erga gloriam diuinitatis
erat summus, ita etiā summus
& immensus quem sentiebat erat
dolor, dum illam ab hominibus tot
peccatis iniuriâ affectam & ludibrio
bri

brio habitam cerneret.

Quoniam autem peccatum, uti iniuria est Dei, ita etiã animarũ dãnũ ac detrimentũ est, accedebat huc & alia horũ dolorũ causa, sc. quod tot animas peccato perijisse, & ad perpetuas flammãs cõdemnatas videret, & alias ad finem vsque sæculi perdendas & damnandas sciret. Nam, ut alibi diximus, pro eo quo quis Deum amat amore, amat & proximum; & quoniam anima illa sacratissima summè Deum amabat, hinc & summè animas amabat; cumque videret illas quas tantopere amabat, in tantum malum & dãmnum, tam culpæ, quam pœnæ prolabi, & quamuis se in infiniti valoris sacrificium ad easdem salvandas offerret, hoc illas uti remedio nolle, at mortem vitæ, captiuitatem satanæ ac damnationem sempiternam, adoptioni in filios Dei & gloriæ æternæ præferre; incredibilem inde dolorem concepit. Atque ita peccata gladius illi anceps erãt, quæ vtrimque illi vulnus infigebãt;

hinc

*In libello
de imitatione Dei-
paræ c. 28.*

186 FRANC. ARIAS CAP. XI
hinc quòd Dei sint offensa, illi
verò, quod animarum damnatio
damnatio.

Hi sunt dolores interiores, qui
in anima Christi Redemptoris con-
derare: & ex illis imprimis hunc
passionis affectum elicere debemus
dolentes comprimè, viso purissimo
illam animam, quæ tantopere nos
dilexit, tantaq; nobis beneficia con-
tulit, nostri causa doloribus saturatam,
adeò tristem, & peccatorum
nostrorum felle, & amaritudine per-
tatam, ut etiam, antequam in corpore
satellites sæuirent, tam copiosè
sanguinem ipsa eodem eliceret, ut
circumquaque locus nataret. Dicitur
vbi necis dilectissimi sibi Ionathæ
certior redditus est, magno compas-
sionis affectu vestes conscidit, & in
lacrymas prorumpens, ait, *Doleo super te*
frater mi Ionatha, de corenims,
& amabilis super amore mulierum.
sicut mater amat unicum filium suum,
ita ego te diligebam. Deinde eiusdem
virtutes recensens ait, *Sagitta Ionathæ*
numquam redijt retrorsum. Sicut
& Ionathæ

2. Reg. 1.

& Ionathas aquilis velociores, leonibus fortiores. atque hisce similitudinibus dolorem auxit, simul & luctum. Huc scilicet Dauidem impulit pietas & amor erga Ionatham. atque id ipsum nos docet charitas & amor erga Christum Dominum; ut scilicet, eius passionē & circumstantias, quæ dolores eius augent, cogitando, cor præ dolore conscindamus, & maiori cum affectu, quàm Dauid, dicamus: O æterni Patris soboles, frater noster dulcissime, super filios hominum pulcherrime, amoris ac dulcedinis fons, qui totus benignus, mansuetus, & totus amabilis, ô inuicte leo de tribu Iuda, generosissime mortis & inferni victor, cælique vindex; video te, gloria mea, in hoc monte Caluarie mortalibus vulneribus faucium, clavis confixum, lancea transfossam, & sanguine nantem. Diffringatur cor meum Domine, ubi te video tam dirè ac crudeliter habitum, præ compassione lacrymentur oculi mei, ubi te doloribus repletum video.

Hic

Hic fuit femper Sanctorum & rorum seruorum Christi spiritus considerare scilicet attentè per eius, & præ quodam illarum se & compafsione gemere ac flere iam ante in persona Dei ipsius charias vaticinatus est, aspiciem me quem confixerunt: id est, fidelibus contemplabuntur, & plangunt eum planctu quasi super unigenitum & dolebunt super eum vt doleri solent morte primogeniti, & tamen si primogenitum compafsionis huius obtinere mediū sit amor Christi: efficitur hic vt aliena homo mala sentiat propria, atque ita qui magno amore Christum amore fertur, maxime compatiatur. huc tamen & alia media conducunt, qualia sunt, cruciatus Christi velut presentes, & oculis obiectos, (de quo postea agemus nam hoc documētum omnibus huiusce mysterijs commune est,) inter eandem etiam ob causam aliqui poenalitates sponte assumere, velut flagellis in corpus sæuire, gestare cilicium, brachijs crucis in forma

Zach. 12.

apertis orare, frigoris aliquantulū
 subire, aut similia. Nam hoc pacto
 homo ad se ingrediens, ita secum ra-
 tiocinatur: si ego peccator æternis
 dignus cruciatibus, tam exigua, tam
 penitus sentio, vt vix muscæ pun-
 cturam ferre queam, quomodo gra-
 uissima illa tormenta carnem illam
 virginalem & corpus tenerrimum,
 summa gloria & reuerentia dignum
 cruciarint oportet? Porrò graue mi-
 nimè videri debet, ad pium hūc cō-
 passionis affectum eliciendū, hæcce
 media adhibere: est enim sanctus, &
 preciosissimos in anima deuotionis,
 suauitatis, meritorum, gratiarum,
 virtutumque fructus producit. Hinc
 non immeritò sanctus Bonauentura *In stimu-*
 ait: Quid esse potest fructuosius, aut *lo diuini*
 suauius, quam ex toto corde ama- *Amoris.*
 rissimæ Domini nostri Iesu Chri-
 sti Passioni condolere &
 compatiri

CA-

*De affectu gaudij & consolationis
ritualis ex eorum mysterio
consideratione eliciendo.*

D. Thom.

1.2. q. 31.

4.3. q. 32

4.3.

GAUDIUM est sensus & voluntatis effusio, quæ ex virtute & præsentia boni alieni convenientis nascitur: atque habet duo & præsentia boni cum animi tribus fit modis. primò per solam boni memoriam & apprehensionem ut fit, quando quis gaudet ob rem præteritam ante à Deo beneficia, & rei bonæ, quam amat memoria, & inde, ex boni ipsius apprehensione & simul spe quam habet ipsum bona vera consequendi. atque hoc modo gaudet anima bonis sempiternis quæ possessuram se sperat. Hoc autem gaudium priori maius est, nam quando certa spes est, iam bonum, & hoc gaudium nascitur, non modo per apprehensionem intellectus verumetiam per potentiam & rationalem facultatem, quam à Deo ad bonum

num hoc recipiendum accepit, præ-
 sens est. Tertia, quæ bonum aliquod
 præsens est, est, per realem eius præ-
 sentiam & possessionem. atque hoc
 modo imprimis gaudent beati, ob
 perfectissimam boni infiniti, quod
 iam clarè & re ipsa vident possessio-
 nem. Iusti quoque, per realem mul-
 torum bonorum spiritualium, quæ
 à Deo in hac vita recepere, posses-
 sionem; præter spem quam habent
 perfectè Deo in vita sempiterna
 fruendi.

Gaudium, quod è bonis spiritua-
 libus ac cœlestibus nascitur, bonum
 est, dicitur quæ in Scriptura gaudium
 & exultatio Domini; nam à Deo ip-
 so, aut rebus quæ ad ipsum nos di-
 rigunt, aut ad eiudem gloriæ &
 cultum spectant, capitur. Atque hu-
 iusmodi gaudium seruos suos habe-
 re vult Deus in hac vita; & huc per
 Psalmistam eos hortatur, dicens, *Psalm 31.*
Exultate iusti in Domino. & per Apo- *Philip. 4.*
 stolum, *Gaudete in Domino semper.*
 Sanctum hoc gaudium est vnus ex
 affectibus quos ex horum mysterio-
 rum

rum consideratione elicere de
 mus. Nec mirum videri debet,
 dem mysteria vno modo contem-
 plantes, hinc delictorum dolore
 & erga patientem Dominum con-
 passionē; alio verò modo, gaudi-
 & exultationē hauriamus. idip-
 namque & in alijs rebus bonis,
 ad vtrumque materiam suggesta
 fieri videmus. Refert Severus
 tius, mortuo S. Martino discipu-
 los & multos vicinorum ad sepul-
 turam eius conuenisse; & alios
 dem exultasse, magna fide & fide-
 summam sancti viri in cœlo glori-
 considerantes; alios e contra dolere
 se & ingemuisse, tantum virum a
 ris ablatum queritantes; alios ve-
 suspensos & ancipites dolorem
 gaudium inter hæsisse. hinc eni-
 gloria viri lacrymari prohibebat
 illinc pius in sanctum præfulem
 mor & naturalis affectus lacryma-
 excutiebat. Cumque inter se disci-
 puli sapientiores disceptarent, ga-
 derene an lugere oporteret, ita tam-
 inter eos conuenit: Pium & iustum

Sulpitius.

est in morte Martini exultare, ob eiusdem bonum; pium etiam & bonum est, ob damnum & iacturam, quam ea optimus quisque sensit, dolere. Ita & in mysterijs vite & passionis Christi sensu magis sublimi peragitur: considerando scilicet ea, quoad poenas, dolores, iniurias, & despectum hominum, quæ altissimus Dei Filius ob delicta nostra pertulit, par est dolorem ac poenam concipere, Domino, qui hæc nostri causa pertulit cõdolendo, & de peccatis nostris, quæ horum fuere causa, vt declaratum est, dolendo. Verum hæc, quoad perfectiones & virtutes diuinas, in ijs relucens, & quoad gloriam Dei & vtilitatem hominum, quæ hinc sequitur meditando, sanctum & iustum est, exultare.

Videamus iam, quomodo hic gaudij sit affectus, & quibus ex horum mysteriorum consideratione rationibus eliciendus. Anima ergo Dei, qui hæc mirabilia operatus est, potentiam, bonitatem, & misericordiam, quæ

I

quæ ita se homini communicare
 luit, quò illum miserijs eriperet,
 infinitam eiusdem sapientiam
 siderans, quæ ad hominem salu-
 dum, talia media adinuenit, De-
 adedò potentem, bonum & sapi-
 tem esse gaudet. Quin & gloria
 Christi Redemptoris, in quantum
 homo, contemplans, item sacræ
 simæ humanitatis cum personæ
 uina vnionem, gaudium ite-
 angelorum in eius ortu, quod
 illi Magi Reges exhibeant reuer-
 tiam, hominum ad eius doctri-
 nam & miracula admiratione
 plurimorum in eo sequendo fide-
 resurrectionis gloriam, ascensus
 in cœlum maiestatem, & reliqua
 mysteria, in quibus aliqua Christi
 gloria relucet, summopere eius
 gaudet. Considerans insuper boni-
 quæ ex his mysterijs fidelibus omni-
 bus hæc in vtilitatem suam trahit
 tibus, vniuersæ Ecclesiæ, atque ad
 vniuerso generi humano sequitur
 scilicet per hæc naturam humanam
 ad summam dignitatem euectam
 homi-

omines à peccato, dæmonis tyrannide, æterna condemnatione, & praua passionum seruitute ereptos, filios Dei & fratres Christi fieri, gratiamque & robur ad bene operandum, & merendum, item Sacramenta, dona, auxilia, & diuinas cõsolationes ad crescendum & suauiter in vita honesta perseuerandum consequi, beatitudinem denique & gloriosam resurrectionem corporum; bonis omnibus, quæ tam ipsa quam reliqui omnes Christo seruire volentes, participant, gaudet & exultat.

Præsentissimum quoque considerans remedium, quod in hisce mysterijs aduersus omnia corporis & spiritus sua mala inuenit, modò ipsum consequi velit, quæ sua sunt agendo, vti & peccatorum veniam, poenarum satisfactionem, aduersus passiones & vulnera sua medelam, in tristitia & mœrore solatium, in pusillanimitate & imbecillitate robur, in tolerandis ritè vitæ huius laboribus patientiam ad eosdem cum



gaudio suscipiendos gratiam reperit. Considerans item magnam certissimam salutis suæ spem, qui in omnibus hisce mysterijs Deum immittit, omnia in bonum eius ordinando; tantis talibusque bonis qualia in Christo habet, & diu deum exultat, & cor suum gaudio iubilo spirituali dilatat. Vbi Christus per vniuersum mundum fundi ac prædicari cœpit, quibus eadem suscipiebant, simul cum eadem ingens gaudium & lætitiā recipiebant, vti sæpius D. Lucas seruauc. Philippus enim cum Sarræ fidem Christi prædicasset, & maritani eā amplexi esset, ait. *Est gaudium magnum in illa ciuitate.* Paulus autem & Barnabas cum Paphlagoniæ Paphlagoniæ prædicassent, ait, *audientes autem gentes gauiſæ sunt, & glorificabāt verbum Domini. & multiplicabantur discipuli in Antiochia. Discipuli quoque (ita namque facti neophyti tum dicebantur) replebantur gaudio & Spiritu sancto.* Agrippa autem de Eunucho potente Regis Aethiopiæ qui ad Philippi prædicat

Act. 8.

Act. 13.

Act. 8.

DE ORAT. MENTALI. 197

tionem fidem suscepit, ait, *Ibat autem per viam suam gaudens.* Quando lumen solis sub auroram exoritur, omnes lætantur & recreantur creaturæ; nã huius adminiculo naturalia hæc Dei opera contemplantur, & quid quodque ad sui conseruationem opus habeat vident. Fides est spirituale & diuinum lumen, vt *Isai. 9.* *Isaias* ait, hinc quæ eam recipiunt, animæ, eadem maximopere gaudēt; nam huius ope hæc Dei opera & supernaturalia mysteria, & quidquid ad salutem & vitam æternam opus est vident. Idem ergo & in mysteriorum vitæ & passionis Christi cōsideratione peragitur; hinc cum fide actuali eadem videt anima, vt diximus, & lumen cœlitus, quò maiori cum claritate eadem contempletur, & maiori sensu excutiat, accipit; gaudet & eorum consideratione recreatur. Patriarchæ & Prophetæ veteres eminus hæc mysteria, fidei oculis prævidentes, interius exultabant; vnde de Abrahamo ait Christus, *Abraham desiderauit videre diē* *Ioan. 8.*

193 FRANC. ARIAS CAP. XI
meum, vidit & gauisus est. Sic
horum mysteriorum considera-
bis mille antè annis quàm fieri
etiam quando ipsorum fides in-
dumentum & peccati originalis
culum, quod vniuersum genus
manum, à primo parente deri-
trahere, vinciebat, nondum pec-
auferebat, nec portam cœlorum
ferabat, nec iustis in gloriã ad-
concedebat; tantum tamen in
gaudium ob ingentia, quæ horum
ratione secutura sperabantur, be-
afferebat, quanto maior gaudium
nobis erit occasio horum myste-
rum consideratio, cum iam eade-
re ipsa patrata sunt, ad oculum vide-
mus, & iam modò summis illis be-
nis, quæ Patriarchæ & Prophete
adeò desiderarunt, & tam prope
expectarunt fuimus? Et quoniam
quæ homo in præsentiarum possi-
det, etiam quantacumque ea fuerit
nullum in anima gaudium causa-
tur, nisi eadem ipse apprehendat
consideret hæc se possidere: quod
(vt benè D. Thomas aduertit) dicitur
requiritur

1.2. q. 32.
a. r.

requirantur, vt aliquod bonum, voluptatem & gaudium in anima exciter, primò boni ipsius consecutio, deinde cognitio eius quod iam quodammodo est consecuta: hinc ad oculum patet, quàm sit necesse, hæcce mysteria ponderare, quo iisdem gaudeamus & exultemus. quo autē diutius & perseuerantius, maioriq; attentione & spiritu eadem considerabimus, eo & maior & excellentior gaudij affectus, quem hinc hauriemus, erit.

CAP. XIV.

Quàm utile hocce gaudium & exultatio spiritualis sit.

AD beatam autem vitam magni spirituale hoc gaudium, quod ex horum mysteriorū consideratione oritur, refert. Ita namque fit, vt facilè omnes rerum terrenarum voluptates ac delicias, quæ, vt diximus, vitiorum omnium fomes & nutrimentum anima fugiat & derestetur. Hoc autem gaudio

dio & exultatione spirituali inge-
 ipsa ad domandā voluntatem, in-
 gendos appetitus, carnem mortu-
 candam, patienter quidquid peccatū
 & acerbum est tolerandū, & pro-
 ptè ac libenter omne virtutum op-
 exercendum comparat robur. An-
 que hoc est quod Psalmista peti-

Psam 99. dicens, *Servite Domino in laetitia*

a. 2. Spirituali namque hoc gaudio, om-
 nis inordinata tristitia, quæ non o-

Spiritalis offensam in Deum, sed quod res in-
gaudij ef- iuxta hominis velle ac beneplac-
fectus. tum, nō pro honore ac dignitate, nō

p 2. c. 10. suscipitur, ab animo pellitur. Tristi-

tia hæc, quæ inordinata est, quæque
 vt supra diximus, ingentium malo-
 rum causa, ac de qua Scriptura lo-

Eccl. 30. quitur, dicens, *Tristitiam longè ve-*

d 24. *pelle à te*, per gaudium spirituale,
 quod ex horum mysteriorum confi-

deratione eruitur, tollitur. Hinc I-

*Iacob. 5.*acobus Apostolus: *Tristatur aliquis*

vestrum: oret: a quo animo est? psallat.

Quid

Quid est orare aut psallere? confide-
 rare scilicet mysteria, quæ in ora-
 tione per meditationem decurrunt,
 & in psalmis cantantur; & pe-
 tere à Deo gratiam, ad tristitiam &
 aliam quamlibet passionem supe-
 randam. Spirituale autem hoc gau-
 dium animam recolligit, & ipsam
 modestam & circumspectam red-
 dit. exultatio verò vana, quæ à suc-
 cessibus temporalibus, qui ex voto
 carnis & sanguinis succedunt capi-
 tur, hominem distrahit, & ad exte-
 riora effundit, ita ut rideat, super-
 flua loquatur, ludicra, iocularia &
 curiosa sectetur, vanis se lusibus a-
 lijsque recreationibus inordinatis
 oblectet. atque huic rei colorè aliquè
 prima fronte minimè malum quæ-
 rit, verbi causa, quod ita sibi aut alijs
 expedire iudicet; ut benè hisce ver-
 bis explicat Augustinus: Læticia va-
 na & inordinata dicit homini, ut
 quid gaudium intra animum absco-
 dis? in publicum prodi, teque mani-
 festa. dic aliqua, quibus proximus
 oblectetur, & rideat, tuisque iocis

Discrimē
 eius ab
 exultatio-
 ne terre-
 na.

De confi-
 ctu vitio-
 rum.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

illum recrea. Ut autem hic vanæ exultationis effectus est, ita econtra exultatio & verum spiritus gaudium quod à rebus diuinis hauritur, retrorsum se homo recolligat, verborumque, risus dissolutos, lusus item vanas recreationes, inutiles creaturarum consolationes, & curiosarum rerum absurdarum cognitionem fugiat, & elegantias aut curiositates quæ nullum commodum, sed distractionem potius adferunt habere nolit, efficit. Quia enim à Deo diuinisque mysterijs oritur, ipsum per communicationem cum Deo, memoriarumque eius considerationem conseruare anima nititur. Quia etiam quoniam experientia nouit anima, gaudium hoc spirituale facile per aliquam curiositatem, & nimias corporis delicias, per verbum superfluum ac otiosum, ac denique libertatem quandam nimiam amittit; hinc inordinationes hæc, quas animæ noxias, & spirituales tollere exultationem nouit, fugere quam maximè contendit. Id ipsa docuit experientia.

Tollit
serrena
internam

D
exper
tur di
ctus i
le gau
fione
Hu
piscop
mune
stiner
ius de
tione
ration
randi
fugit.
ac cil
uerte
hinc
præse
distr
in ha
prim
plere
& re
tigau
orati
ction
Deus

experientia, & Bernardus confite-
tur dicens, delicatum quid est san-
ctus ille amoris affectus, & spiritua-
le gaudium: quod vel minima occa-
sione violatur & perit.

*Serm. II.
in Cant.*

Hugo Lincolniensis in Anglia E-
piscopus, etsi ratione dignitatis ac
muneris varijs occupationibus di-
stineretur, vanas tamen mundi hu-
ius delicias, & imprimis consola-
tiones, quæ è iocosis ludicrisq; nar-
rationibus, vel audiendis, vel nar-
randis captari solent, remis velisq;
fugit. Quoniam autem post mensam
ac cibum facilius homines huc di-
uertere, & captare iocos solent,
hinc operam imprimis dabat, ne eo
præsertim tempore similibus verbis
distraheretur. Duas autem ob causas
in hanc se rem inuigilare aiebat:
primò quò ita serui Dei partes ex-
pleret: dein, ne sensualis consolatio
& recreatio aliud maioris momen-
ti gaudium, spirituale scilicet, quod
orationis tempore, & in recolle-
ctione communicare illi solebat,
Deus impediret, ne peregrina aliqua

*Surim in
Nouemb.*

Hugo Lin-
colniens-
is imitā-
dus.

consolatio impedimento aut dan
no foret diuina contemplanti. Ideo
& suos ipse docebat ac monebat, di
cens, Affabiles & hilares nos qu
dem esse oportet, vt & ipse erat, le
iuxta cor & faciem sanctorum,

Imprimis ergo hunc gaudij spiritus
tualis affectum ex horum mysterio
rum meditatione Dei seruus, omnia
hæc inconuenientia fugiendo eruit
oportet, cum ad cultum & obsequium
Dei adeo is necessarius sit & utilis
atque vt talem omnes eum sancti
exercuerint & docuerint. Magni
Antonius, Dei famulos ad virtutem
& generosè aduersus omnes aduer
sarij artes depugnandum exstimu
lans, suadebat, ne quem in cordibus
nimia tristitiæ, metui, panicoque
pauori locum darent; sed mentes
gaudium captarent, quod rerum di
uinarum cõsideratione, Deum animæ
oculis obijciendo, bonorum æter
norum spe, & rerum suarum in
manus diuinas resignatione, haberi
posse asserbat. Addebat autem, vni
cum & singulare ad hostem expugnandum

*D Athanasium in
vita.*

*S. Antonius au
diendus.*

dum esse medium, spiritus gaudium,
 & continuam Dei memoriam: ita
 namque omnes tentationes & dia-
 boli fraudes fumi instar euanescere.
 Inter cetera quæ fratribus, & om-
 nibus in genere hominibus, qui
 verè Deo seruire studerent, docu-
 menta magno affectu dabat glorio-
 sus Franciscus, erat, vt mentis gau-
 dium interitus semper habere &
 conseruare contenderent: per hoc
 enim inertiã, acediam & tristitiam
 prauam, quæ magnarum culparum
 occasio est, ab anima fugari. Quan-
 do enim spiritus maligni ipsam spi-
 rituali hoc gaudio destitutam vi-
 dent, eam inuadunt, & orationis &
 rerum bonarum tædiũ, ac nauseam
 adferunt: at vbi hilarẽ & in Dei lætã
 obsequio, aggredi nec audent, nec
 queunt. Quia verò magna esset ho-
 minis imbecillitas, monebat, vt si
 quando quis peccato aliquo lætitiã
 hanc mentis amisisset, nõ propterea
 animum desponderet, aut pusillani-
 mis fieret; sed statim eangem recu-
 perare cõtenderet, magno cum do-
 lore

1. p. vitæ c.
 16 & lib.
 2. c. 49.
 Et S. Frã-
 ciscus.



lore culpam deplorando, & ad orationem rerumque diuinarum considerationem confugiendo, humiliterque à Deo petendo, vt misericordia sua hâc sibi exultationem, quâ culpa sua amisit, restituat, cuius Psalmographo dicendo: *Redde mihi letitiam salutaris tui*, id est, viuacitatis dei, spei, & mysteriorum per saluationis meae considerationes; & spiritu tuo sancto, magnifico & potenti, *confirma* cor meum in bono, ne reincidat & relabatur. His igitur rationibus spiritus gaudium comparandum: nam vt Seraphicus illi sanctus aiebat: *puritas animae fons spiritus est quo letitia spiritus dimanat*. per orationem autem comparatur. Atque vt hisce medijs acquiritur, ita iisdem, si amittatur, recuperandum est. Reliqua, quæ ad sanctum huius spiritualis gaudij affectum spectant, prosequemur postea, vbi de diuinis consolationibus agemus.

Psa. 50. v.

24.

p. 3. c. 1. &
seqq.

CA

CAPVT XV.

*De imitationis Christi affectu, quem à
sacrorum mysteriorum considera-
tione eruere debemus.*

DVAE imprimis sūt causæ, ob Causa In-
quas vnigenitus Dei filius in carnatio-
mundum venit, hominē in- nis Verbi.
duens, & sacra hæc vitæ & passionis
mysteria operans. Primò, vt homi-
nem redimeret, pro illius peccato
satisfactorius, ac gratiam & gloriam
æternā illi promeriturus, vt ipse
met cum Apostolis agens aiebat: Matt. 20.
*Filius hominis non venit ministrari, sed
ministrare, & dare animam suam
redemptionem pro multis.* Alia aduē-
tus eius causa fuit, vt perfectissimū
omnium virtutum hominibus ex-
emplum daret, eoque persuaderet,
se vt sequerentur & ad earundem
imitationem inuitarentur. Idcirco
cum in vltima cœna illum profun-
dissimæ humilitatis actum exercu-
isset, quando scilicet ante discipu-
los ingenua prostratus suis illorum
pedes

pedes manibus abluit, mox illis

Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis.*

quod tum quidem de illo opere

hoc de omnibus reliquis haud dubie

1. Pet. 2. intelligi voluit, vti ostendit Apo-

stolus dum de Passione Domini

locutus, ait: *Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius,* id est imitemini.

Etsi autem prima filij Dei in mundum aduentus, & assumptæ humanæ naturæ, causa præcipua sit, ipsa scilicet redemptio; tamen secunda, hominibus ratione præditis non minus necessaria est quàm prima. Vt enim nobis redemptio per Christum facta pro- fit, eadem nobis applicanda. hæc autem applicatio in adultis fit mediante vitæ & passionis Christi imitatione, & ipso Sacramentorum vsu. Hinc sicut, quamuis sua nos Christus vita & passione redemerit, nihil nobis Redemptio profutura est, nisi applicetur; ita quamuis redempti simus, nihil omnino nobis profunt omnia, quæ vita ipse

sua

sua ac passione promeruit, nisi in vi-
 ta ac passione ipsum, quisque pro
 status sui conditione, imitemur. At-
 que hoc est quod Ioannes ait, *Qui*^{1. Ioan. 2.}
dicit se in ipso Christo manere, (id est,
 se illi unitum esse eiusque meritorū
 utilitatem velle capere) *debet sicut*
ille ambulauit, & ipse ambulare. Per
 contatur Prosper Aquitanus, quid
 sit ambulare, ut Christus ambulauit?
 & respondet, Aliud non esse, quā
 in hac vita prospera, & læta con-
 temnere, uti illa ipse contempfit; &
 aduersa tolerare sicut ipse illa per-
 tulit. Beneficia ingratis conferre, nō
 sumere de iniurijs vindictam, non
 irrogare iniurijs iniuriam, orare
 pro inimicis, pietatem colere, mise-
 ricordiam etiam erga peruersos,
 & non promeritos exercere, ad ami-
 citiam & gratiam pertrahere & in-
 uitare illos, qui ab eadem se seque-
 strarunt; & ubi redierint, magna eos
 caritate admittere, deceptores ver-
 sutos & superbos mansueto corde
 tolerare, libenter eadem virtutis o-
 pera, quæ Saluator exercuit, exerce-
 re: alios

lib 2. de
 vita con-
 temp c. 20
 Quid am-
 bulare si-
 cut Chri-
 stus am-
 bulauit.

re: alios denique docere, ut agere
quæ agenda ipse Dominus præce-
psit. Hoc quidem sanctus ille Do-
ctor esse, ait, ambulare ut Christus
ambulavit. Atque hæc est perfectio
Christi Domini nostri imitatio
quam ex horum mysteriorum con-
sideratione elicere debemus.

Tametsi autem quos hæc
prosecuti sumus affectus ad vitam
Christianam imprimis necessarii
sint, omnium tamen primarius, pro-
cipu' maximeq; necessarius est
imitationis. Continet quippe
solus amoris Divini affectum ac
aliquos quos enumeravim', ac similes
omnes virtutum actus, ac proinde
imitatio non vnicus duntaxat est af-
fectus, verum omnium Sanctorum
affectuum in quibus vita Christiana
eiusque perfectio cõsistit, compen-
dium ac summa. Quam autem ne-
cessaria hæc Christi sit imitatio,
quamque ex horum mysteriorum
illam consideratione conveniat eli-
cere, his verbis egregiè exponit Ma-
gnus Basilus: Omne opus & Verbum
Christi

Imitatio
Christi
summa
est perfe-
ctionis, &
sanctorum
affectuum.

In confi-
tut Mona.
c. 2.

CAP. X
DE ORAT. MENTALI. 231

Christi Salvatoris, regula nobis est
v. r. pietatis & virtutis, quam exer-
cere debemus. Nam idcirco naturā
Dominus humanam assumpsit, vt in
se ipso, velut in tabula veram omnis
Religionis & virtutis imaginem
exprimeret, ac velut Prototypon &
exemplar perfectissimum nobis an-
te oculos poneret, omnes vt fideles,
viri simul ac femine ipsum imitare-
mur, & quisque pro modulo ac viri-
bus suis, & quantum fieri potest, illi
nos conformaremus. Quamobrem,
quando Christianus aliquod Chri-
sti opus aut verbum narrari audie-
rit, negligenter id ipsum aut obiter
minimè nauseat oportet; sed atten-
tè, diligenter ac studiosè meditetur,
atque intra animum secum ruminet,
donec penetret, beneque intelli-
gendo, aliquem inde fructum edu-
cat. Hactenus Basilij verba, quibus
quàm doctissimè nos docet, quanti
nostra hæc virtutum Christi imita-
tio interfit: & qua diligentia & stu-
dio hic sit fructus ex horum myste-
riorum consideratione colligendus.

Etsi

Etsi autem in hac Christi imitatione quaedam sint imitanda, quæ præcepti sunt, alia verò quæ consilij maiorisque perfectionis; studendum est, ut, quæ meliora, Deo gratiora, quæque ad profectum spirituales magis conducunt, imitemur.

CAP. XVI.

Quomodo ex horum mysteriorum consideratione hic affectus considerationis eliciendus.

VT ex hisce mysterijs sanctior hocce imitationis affectus trahamus, in singulis consideremus oportet virtutes Christi Redemptoris, quæ in ijs elucet, verbi gratia, amorem & obedientiam erga Patrem æternum, caritatem ac misericordiam erga homines, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, pœnitentiam, mortificationem ob delicta nostra, paupertatem quam patitur, abstinentiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, iustitiam, modestiam, puritatem,

zatem, zelum, perseverantiam, & reliquas. Attentè autem ac maturè singulas nobiscum perpendamus, simul & illarum circumstantias: atque ita in voluntate affectum erga eandem virtutem magnum & efficacem eiusdem exercendæ desiderium ac propositum simul & vitij contrarij odium ac detestationè, & efficacem eius fugiendi voluntatem concipiemus. Verbi gratia, Christi humilitatem considerando, superbiam abominemur, & humilitatem optemus: patientiam & mansuetudinè Christi ruminando, impatientiam & iram fugiamus, & patientiæ ac mansuetudinis virtutem petamus, atque idem de ceteris esto iudicium. Verum ad affectum imitationis elicendum, non satis est virtutem ipsam quam in Christo imitari volumus desiderare & amare: neque enim in hoc virtuositas sita est: exempli causa, ut superbus sæpe amet ac desideret humilitatem, non satis est, quod hæc illi placeat, nisi simul sit humilis. impurus quoque & lascivus ca-

stitatem

Desiderare virtutem non satis.

stitatem, vt amet & desideret, qui
 prodest nisi castus simul sit. Proinde
 non sufficit ipsum virtutis deside-
 rium. nam quia virtus pulchra est &
 honore digna, & magna tum huius
 vitæ tum futuræ commoda adfert
 facilè fuerit illam optare & amare.
 Vnde & sceleratos, qui eam nec ha-
 bent, nec exercent (vt dictum est)
 sæpe contingit, eò quòd pulchra illi
 his videatur, eam amare & optare.
 Quamobrem quæ Christum imitan-
 vult anima, & veras virtutes habe-
 re, in his suis desiderijs minime de-
 bet subsistere; sed vltèrius procedere
 oportet, ac magno cum desiderio
 actus & exercitia simul, & media vir-
 tutum obtinendarum desideret. At-
 que hæc efficacia actuum & operatio-
 num virtutum desideria, ex virtutibus
 Christi consideratione elicienda
 sunt. In hoc autem virtutis sic est
 difficultas, & vera virtuositas, vt
 scilicet efficaciter quis eam deside-
 ret, & eandem exercere, & opera
 & actus ipsos virtutis executioni
 mandare studeat. Quam in rem ne-
 cesse

Sed exer-
 citia vir-
 tutis am-
 plectenda

celle est, vt qui hæc mysteria medi-
tatur, quæ sint singularum ex me-
ditatione colligendarum virtutum
opera & exercitia norit, quò scilicet
Christum imitetur. Propterea ali-
quarum virtutum hic actus refere-
mus, vt hinc de ceteris iudicium fiat.
Inquam rem mirificè conduceret tra-
ctatus noster de imitatione B Virgi-
nis, in quo singulariũ ac primariarũ
virtutum actus, exercitiaque simul
& media quibus haberi queant, de-
scripsimus. Hic iam breuiter, quæ
sufficiant ad declarandum quomo-
do è meditatione virtutum Christi
imitationis affectum elicere possi-
mus, referemus.

CAP. XVII.

*De primariarum virtutum affectibus,
& operationibus, in quibus Chri-
stum imitari oportet.*

ACTVS & operatio humili-
tatis est, vt homo se ipse hu-
miliet, ex animo se contem-
nat, honores, dignitates, & mundi
præ-

Exercitiũ
humilita-
tis.

prærogatiuas despiciat, ac libenter
 ignominiam, & opprobria hominum
 perferat. Dein in hisce mysteriis
 Christi humilitatem cogitandam
 quodd scilicet cum altissimus foret
 ita se deiecerit, & vltro se contem-
 ptui ludibrioque hominum, quod
 nulli vnquam fuit irrogatum, expo-
 fuerit; seipsum despicit, seque
 paruum quid, vile existimat, & ex-
 ce de desiderat nemo vt se honore
 ficiat, colat, magnificet aut præ-
 hominibus prærogatiuis donetur.
 verò ita secum statuit, vt tamen
 liqua illi infamia inuratur, ignomi-
 niaque ab aliquo afficiatur, quam
 bentissimè eadem subiturus sit, imo
 cum silentio toleraturus. quoniam
 optat hæc, vt sibi irrogentur, non
 liam ob causam, quam vt Christus
 imiteretur, ei que aliquo modo affi-
 mileretur. Hoc scilicet est affectus
 humilitatis exercere, aut Christum
 in humilitate imitari.

Patientie Patientia actus est, aduersa, pœ-
 nas, dolores, qui in hac vita hominibus
 contingere queunt, verbi gratia, in-
 uale-

c libent
 a homin
 myster
 ogitand
 nus fore
 e contem
 um, qu
 um, ex
 se que
 & exco
 onore
 ut pra
 donet im
 tamer
 ignom
 r, q
 us sit, im
 quin etiam
 ur, non
 Christu
 do afflic
 t affectu
 Christu
 erfa, po
 a homin
 ratia, in
 uale

saletudinem, morbos, bonorum aut
 amicorum iacturam, persecutiones
 equanimiter, & animo sereno fer
 re, ne scilicet nimio quis mœrore
 propterea conficiatur; quin etiam
 gantur eadem accipere, amare, ac
 desiderare. Deinde considerando,
 quos Christus dolores in hisce my
 sticis pertulerit, & ut eos elegerit,
 amarit, & nostri causa, utque Patri
 aerno obtemperaret ijs se obtule
 rit, illic in voluntate secum statuit
 & decernit, libenter ac ueraciter
 querere & dolores, qui contingere qua
 erant, ferre & acceptare; & sibi in
 particulari ea aduersa ac tristitia,
 eos etiam dolores, quos verosimili
 ter sibi euenturos putat proponit,
 utque eadem Dei nomine accepta
 re, quando immittenda sunt, decer
 nit. Desiderat quoque quas patiatu
 r, ut toleret, in hac vita poenas ac do
 lores, quo Christum Redemptorem
 suum imitetur, sibi immitti.

Mansuetudinis
 actus & exercitiū
 est, iniurias & vexationes hominum
 tolerare, nec vindictam deprecari,

K NOT

non indignari, non præter modum irasci, non effundere verba iracundia, sed sereno quietoque tractare corde. Deinde considerans ardeat, quantas quanto cum silentio in se Redemptor, quamque libenter nostri causa tolerarit, optat & proponit non irasci, non indignari, non respondere iniuriam inferentibus iratiùs, verum & malefacientem violantemque amare, beneficijs colere, Deumque pro eodem deprecari.

Paupertatis spiritus.

Paupertatis spiritus actus & exercitium est, opum in hac vita abundantiam non desiderare, & si fortassis aliquas habet, easdem contempnere aut parvi facere. Si autem Deus necessaria non concedat, aut subtrahat, contentum vivere, quin etiam in parte carere rebus necessarijs vellet. Dein Christi paupertatem & nuditatem, quæ in hisce mysterijs elucet, scit considerans, bona temporalia velut vilia & coram Deo sordida contempnit & ridet; secumque proponit eisdem vel penitus excidere.

ne Deum hoc nomine vel minimum
offendat. Imò & in paupertate re-
tinque plurimarum superfluarum,
quin & aliquarum necessariarū de-
lectu, quantum quidem ipsa vitæ
conseruatio & vniuscuiusque status
permittit, gaudet viuere.

Abſtinentiæ actus est, non plus ^{Abſtinē-}
comedere aut bibere quam neceſſe ^{tiæ.}
est, quin & ex hoc interdum aliquid
comedere, vt in ieiunij diebus præſcri-
bit Eccleſia: non comedere aut bi-
bere delectationis aut ſaporis gra-
tia, ſed quantum ad vitam trahen-
dam neceſſarium ſit: non denique
extra præſcriptum tempus, non ni-
ſi neceſſitate, neu ex appetitu. Tum
in hiſce myſterijs conſiderans Chri-
ſti abſtinentiam, qui panem hordea-
cum eumq; perexiguū comedebat,
qui meridianis in ardoribus magna
cum defatigatione ſepe vicos & op-
pida ieiunus peragrabat, cuique in
ſua fel & acetum porrectum eſt;
ſecum ſtatuit nullas captare in cibo
poruue delicias, ſed vilibus cibus
contentus viuere, nec eoſdem ob-
gultum

K 2

gustum ac saporē ambire, ac solum
vt Dei ordinationi, iubentis vt
viresque ad ei seruiendum conle-
uemus, satisfaciat.

Castitatis Castitatis actus est, omnes car-
ac sensuum voluptates, quæ in pe-
catum vanumve finem tendit spe-
nere, corporis animique integri-
tem diligere: dein in hisce mysteriis
Christi dolores & tormenta con-
siderans, proponit atque optat effu-
citer, flagellis, ieiunijs, cilicijs alijs
que asperitatibus carnem domare
quæ sunt castitatis conseruandæ me-
dia, quin & oculos à pulchritudinibus
aliena qua delectetur, auertere, &
commercia, lusus, otium, alijsque
castitati noxia vitare.

**Obedien-
tix.** Actus obedientiæ est, diligens
& promptè maiorum, Patrum, Sa-
niorum & Prælatorum mandata
statuta exequi, & ea relinquere, quæ
placent, quò statim sine mora super-
riorum voluntatem compleat. De-
considerans homo in hisce mysteriis
rijs, Christum Dominum nostrum
perfectè mandatis legis diuinæ per-

DE ORAT. MENTALI. 221

Moyſen laꝝ, eſſi eidem non ſubij-
ceretur, obediuiſſe, quin etiam iudi-
cibus eſſi iniquis, & carnificibus eſſi
immitibus; in voluntate proponit,
& firmiter ſtatuit obedire maiorib⁹
diligenter omnia licita quæ iniun-
xerint complere, & illa ſtatim ſuo
tempore, eſſi per difficilia & labo-
riofa, quò Chriſtum Dominum ſuū
imitetur, exequi.

Actus caritatis eſt facere & opta- Caritatis.
re bonum proximo, amicis ſimul &
inimicis, bonis iuxta ac malis, fide-
libus & infidelibus. Dein perpendēs
homo immenſam Chriſti in omni-
bus hiſce myſterijs peragendis cari-
tatem quò omnes homines eſſi pec-
catores & inimicos ſuos, Patrique
æterno ingratiffimos redimeret, ef-
ficaciter, omnibus benefacere, quā-
tum potuerit, tum facultatibus, tum
per ſe ipſum, deſiderat corporis ſi-
mul & animæ neceſſitatibus omniū
pro viribus ſuccurrendo. quod autē
proximo ipſe facere bonum non po-
teſt, optat, vt alijs id medijs Deus
illi conferat, omnes ſcilicet homi-
nes

nes ad se conuertendo, omnes
uando, & omnia conuenientia
in finem illis dando.

Hæ sunt operationes & actus
tutum, in horum mysteriorum
sideratione voluntate exercende
quò virtutum Christi Iesu perfecti
simam hinc imitationem hauri
mus. Notandum autem, ita horum
tutum actus & affectus virtutum
ciendos esse, ne corpus quis aut
mam obruat violenter, nec
ipfaru aut proposita distincta
pliciter: sed ita Christi virtutes
dat, maturè excutiat inspiciatque
seipsum excitet, & ad haru amore
desideriumque voluntatem moueat
intellectu autem harum actus &
ercitia proponente, voluntas inces
datur, & in earum amorem infla
metur, secumque easdem exercen
proponat. Atque ita fiet, vt vitio
contrariorum, verbi causa, super
bia, iræ, gulæ, concupiscentiæ, reli
quorumque passiones mitigentur,
sopiantur, sanctique econtra humi
liandi sui, tolerandi, abstinendi

Violentia
in medi
tando nõ
adhiben
da.

CAP. XV
omnes
nientia
& actus
riorum
exercend
esu perfe
em hanc
, ita hos
virtutū
quis aut
, nec
incta mul
tutes per
piciatque
arū amore
em moue
actus & r
untas in
rem infl
m exerce
, ut viti
usa, supe
entia, re
cigentur
ntra hum
abstinent
coo

DE ORAT. MENTALI. 223

continendi, colendæ benignitatis,
proque Deo patiendi, &c. affectus
producantur. Sicut terra aquæ plu- simile.
uique indiga, & fructus pro natura
sua ferre desiderans, coelum intue-
tur, & rorem, pluiias, & influentias
solis recipit, quibus paulatim fœ-
cundatur, & post menses aliquot
varios proferat fructus: ita anima
intellectu virtutes, in his Christi
mysterijs elucescentes respiciens,
idque sapius, à Christo gratiarum &
auxiliorum diuinorum influxus at-
que imbres, ac desideriorum & affe-
ctuum sanctorum rorem recipit,
que tacite sensimque in voluntate
imbibuntur, eamque fœcundant, &
post tempus aliquod, quod imitandi
Christi & desiderio, sancto huic ex-
ercitio anima impendit, plenam se
virtutibus meritisque opulentam
reperit, idque per multos interiores
virtutum actus, quos in oratione
& horum mysteriorum con-
sideratione, practica-
rit.



CAPVT XVIII.

De mysterio quodam admirabili, quod in vita Christi Domini nostri considerandum est. scilicet, vitam eius, etsi quoad exteriora multis in rebus communi hominum vita fuerit similis, summo tamen in gradu perfectissimam fuisse.

DVOBUS modis virtutis bonæque vitæ perfectio consideratur. primò quoad interiora, id est, quoad caritatemque cordis, qua bona opera fiunt, atque ita certum est, vitam quam Christus in quantum homo in terra egit, suo modo infinites perfectiorem fuisse, quàm omnium Sanctorum vitam; eò quòd gratia in genere gratiæ infinita, caritate & puritate actuali in summo perfectionis gradu operaretur. atque ita qualecumque eius opus, verbi gratia, in processu, diuisio panis, &c. maioris erat perfectionis, quàm omnium Confessorum poenitentia, & Martyrum

rabili, q
nostru
vitam
to in
a fuerit
gradat

virtutis
ctio con
uo ad in
tē pur
era fut
am qua
o in terr
erfectio
Sancto
in gene
e & pur
fectio
a quate
raria in
ioris e
omnium
& Mar
tyrum

DE ORAT. MENTALI. 225

tyrum victoriæ. Alia, qua vitæ ope-
rumque bonorum perfectio consi-
derari potest ratio, est, quoad exte-
riora. Atque hoc modo dubitare
quis ex ignorantia possit, num in a-
liquis virtutis operibus Saluato-
ris vita minus fuerit perfecta, quàm
aliquorum Sanctorum. Videmus e-
nim Christum Redemptorem sæpe
panem, carnem, aliosque commu-
nes cibos comedisse, & interdum
etiam vinum bibisse, cum tamen
multi Sanctorum tota vita nunquã
quid huiusmodi gustarint, herbis si-
milibusque victitantes, vinum cere-
uisiamque ignorantes, sed frigidam
semper potantes, quemadmodum
Ioannes Baptista, qui nonnisi locu-
stas & mel siluestre comedit, num-
quam vinum, sed aquam assiduò bi-
bit. Et Iacobus Minor, qui, teste D.
Hieronymo, iã inde à primis annis,
carnè aut vinum nõ gustavit. Maca-
rius Alexandrinus, referente Palla-
dio, maxima vitæ parte præter her-
bas crudas, nihil comedit. Iulianus
Monachus, vt tradit Theodoretus,

Matth. 3.
lib. de vi-
ris illust.

In Lau-
saca.

K 5 non-

*In histor.
Religios.*

non nisi semel in Hebdomada
hordeaceum, eumque modicum
comedit, atque alij sancti plura
Videmus adhuc Christum Redemptorem,
lana aut linea fuisse vestitum
pro more patriæ, & qualis vulgari
usu apud æquales erat, et si vult
secundaria, ut post videbimus
indutum. Constat tamen plurimum
Sanctorum nunquam pannum
linteum induisse, sed aspera cilicia
ut idem ipse Baptista, qui, teste
Marco, cilicio è pilis Camelæ
confecto utebatur & exuijs
malium lumbos cingebat; & sanctissimi
Monachi Eusebius & Theodosius,
ut refert Theodoretus, ferunt
totum corpus cooperti erant tantum
ea, tam aspero noctu diuq. carne
edomantes cilicio, Christus ita
inter homines & in oppidis agebat
& priuatorum domus ac tectum cibum
sumpturus subibat, & cum alijs
gingebat: multi autem Sanctorum, vitam
tam vitam in solitudine & deserto
tecto domoque carentes, & sine v
lo refrigerio humano transigere. Vt
Ioan-

Marc 3.

*Hist. Re-
lig. c. 4
10.*

DE
Ioanne
à pueri
mum, q
est com
illi Ioan
scribit
nos cell
quagint
quam e
alcera
narrat
sexagin
omni h
cum so
na pau
autem i
noctu c
pluuiæ
vixit,
coopert
numere
iorem
Cum e
stum si
non se
seruass
sed sa

Ioannes Baptista, qui vt tradit Lucas *Luc. 1.*
 à pueritia ad annum vsque tricesi-
 mum, quo se manifestauit in eremo
 est commoratus; & sancti Monachi
 illi Ioannes & Capito, quorum, vt *in Lausiac.*
 scribit Palladius, vnus triginta an-
 nos cellæ inclusus hæsit, alius quin-
 quaginta intra speluncam latuit nū-
 quam eadem egrediens; ac celebres
 aliter Acepsemas & Iacobus, vt
 narrat Theodoretus, quorum ille *c. 15 & 21.*
 sexaginta annos in solitudine absq;
 omni hominum commercio egit,
 cum solo Deo conuersatus, legumi-
 na paucula in cibum sumens; hic
 autem in monte sine vlllo domicilio
 noctu diuque assidue Deum orans,
 pluuia & frigori expositus sub dio
 vixit, vt sæpe ad dies multos niue
 coopertus ageret. Vt raceã alios in-
 numeros, qui eandem, quin & ma-
 iorem vitæ asperitatem sectati sunt.
 Cum ex his igitur exemplis manife-
 stum sit, Sapientissimum Domianum
 non semper eundem vitæ rigorem
 seruasse, vt multi Sanctorum fecere,
 sed sæpe secundum vulgarem agen-
 di mo-

di morem, ad licita descendisse, & atque
 consolationem & documentum
 mnum, declarare par est, qui h
 queat, vitam Saluatoris, non mod
 quoad interiora, vt diximus, sed
 iam quoad exteriora sine vlla com
 paratione perfectiorem, quam re
 quorum Sanctorum, fuisse. Vt bene
 hocce mysterium intelligatur, no
 tandum est, quædam ex operibus
 virtutum esse, quæ ex se sancta sunt
 & bona, & in quibus essentia ac subs
 stantia vitutum consistat, verbi cau
 sa, in humilitate, purè Deo gloriam
 dare: in patientia, libenter pœnitentiam
 subire: in caritate, ex corde bonum
 proximo optare: in paupertate, ex
 nimo bona omnia téporalia asper
 nari. In his virtutum operibus cer
 tum est, quò quis illorum plus ha
 bet, eò & virtutē maiorem & perfe
 ctiorē esse, quò quis purius Deo dat
 gloriam, eò maiorem habere humi
 litatem: quo libentius tolerat & suf
 fert, maiorem patientiam; quò ma
 gis bonum proximi propter Deum
 quærit, maiorem eius esse caritatē,
 atque

*Cassian.**collat. 1.**c. 7.**D. Thom.**2 2. q. 184**a. 3. & cō-**tra gen.**lib. 3. c.**130.*

Virtutum
 opera du-
 plicis ge-
 neris
 sunt.

atque ita de reliquis. Alia autem esse
 virtutis opera, in quibus eiusdem qui-
 de essentia ac substantia non consistat,
 sed tantum sunt media ad easdem virtu-
 tes aut obtinendas, aut exercendas:
 vesunt ieiunia extraordinaria, disci-
 plina, cilicia, solitudo, paupertas
 exterior, aliaque asperitates: quae
 tamen insignis meriti sint & valo-
 ris, non sunt tamen primariae virtu-
 tis operationes; sed (adiuvante Dei
 gratia) maxima & praesentissima ad
 omnes virtutes comparandas auxi-
 lia. Hinc sequitur quoque, haec ope-
 ra, esse meliora, quod magis ad
 virtutem & statum ac bonum cuius-
 que finem conducunt. Si vir nobilis *Simile.*
 honeste induatur quod priuatus vi-
 uat, quo vestis eius pauperior atque
 humilior, eodem etiam melior, quod ad vir-
 tutem magis conducatur: verum si urbis
 alicuius praefectus constituitur, tunc
 melius minimè fuerit vilem illum
 vestem induere, at satius, honestam,
 pro dignitate officioque sumere. Si
 Clericus priuatam habeat mensam
 domi solus comedens maioris vir-
 tutis

tutis fuerit pane oleribusque vitare, modò id ad vitæ sustentationem sufficiat, quòd maioris id sit abundantia argumentum: at si Prælati ad cœnam iuuarit, multo melius fuerit, alios in mensam cibos inferre, ex ijsque cum conuiuia comedere, quod hoc caritati sit confertius.

Hisce præsuppositis manifestum est, omnem Christi vitam, & omnia exteriora virtutù eius opera in summo perfectionis gradu perfectissima fuisse: fuere quippe ad finem redemptionis & animarum salutis conuenientissima, maximeque proportionata. Cùm enim ipse regulæ ac norma videndi omnibus hominibus fuerit, par erat viuere illum vitam, in qua omnes omnium ordinis ac cõditionis homines, qui salutem querebant, quod imitarentur, habere possent, in eaque consolationem & fiduciam inuenirent. Si Dominus vitam omnem in deserto egisset, inuenissent quidem eremice quod imitarentur, non verò oppidani

incola

incolz & ciues. si numquam communes cibos comediſſet, ſed ſemper ieiunaret, ac legumina comediſſet, inuenirent, quod imitarentur rigidi poenitentia ſectatores, fuiſſetque id imbecilibus, qui hanc ſequi vitam nequeunt, triſtitia ac puſillanimitatis occaſio. Quamobrem ſatius fuit, ad omnium animarum profectum & vtilitatem, vitam vixiſſe qualem vixit, è varijs ſcilicet exemplis, quæ ad omnes ſtatus pertinent, atque ex omnigenis virtutibus, quas omnes, que earundem ſtudioſi ſunt, aliquo modo imitari poſſent, diuinitus contextam. Cùm autem primaria eius intentio foret, homines ſaluare, par fuit inter ipſos illum docendi & ad ſe pertrahendi gratia, agere, & ab ipſis, quò perfectiſſima virtutum, quæ inter ipſos operabatur opera, & imprimis caritatem, miſericordiam, & benignitatem quam erga omnes declarabat coràm conſpicerent, videri. cùm autem inter homines verſari, cum ijsque agere illum oporteret, par fuit, vt vnà cū rigida poeni-

pœnitentiæ, paupertatis, asper-
 titisq̃ vitæ exemplis, quæ eorum
 pacibus dabat, etiam in habitati-
 one, cibo, potu, veste, rebus commu-
 nibus, quas licitè homines vsurpa-
 sæpius vteretur, quò hoc pacto
 omnibus gratior foret & acceptior
 & imbecillioribus, magnisq̃ pec-
 catoribus etiam animum daret & in-
 duciam. vt hinc scilicet intellige-
 rent, cùm adeò se omnibus famili-
 rem exhiberet, & in ijs quæ licita
 sunt & fieri haberiq̃ possunt, om-
 nibus se assimilaret, illum se imita-
 ri, sequi, ac per ipsum saluari posse.
 Atque hinc de eodem redemptore
 Paulus ait : *Vnde debuit per omnia
 fratribus similari; non modò quò
 naturam, verum etiam dolores, et
 viuendi & cum hominibus conue-
 sãdi modum, quò saltem & mi-
 sericordiam erga omnes
 operaretur.*

Heb, 2.

In quo similitudine à sacra Scriptura desumpta declaratur. quòd, cum omnibus in rebus perfectissima vita Christi fuerit, ita tamen eam ipse temperavit, omnes vt eam imitari potuerint.

HABET eam sacra Scriptura virtutem & admirabilem gratiam, vt benè notat Sancti, vt infirmis & paruulis facilis sit & lactis instar blanda, q̄ in eadem omnia ad salutem necessaria facile reperiant & intelligant, magnaque ab eadem suauitate attrahantur & inuitentur. Fortibus autem & perfectis difficillima sit, immensum mysteriorum pelagus, & incomprehensibilis sapientiæ profunditas. Vt, quod sanctus Augustinus ait, hic vsu venire comperiat; scilicet fideles ea, quæ ad benè viuendum & salutem comparandam necessaria sunt, statim in eadem reperire: eos verò, qui vterius in eiusdem intellectu procedere voluerint, postquam iam in-

Sacra Scri-
ptura aliã
se præbet
paruulis,
aliam ex-
ercitatis.

Epist 3 ad
Vulstianum,
lib 2 de
doctrina
Christi.

de à

de à prima adolescentia ad vltimã senectutem in eiusdem studio se exercuerint, viri & acutissimo ingenio & discendi ardore indefatigabili, cum iam ad perfectionem eius peruenisse videntur, tum primum incipere, & tyrones se in eo esse censere. Præter facilitatem hanc & simplicitatem, quam Scipio habet pro prioribus, & difficultatibus ac tenebras, quas alij hic offendunt, est instar mensæ cuiusdam celestis omnibus virtutum, quæ oprari possunt ant ferculis instructæ; ac velut mamentarium, omni armorum genere, & remedijs aduersus omnia vitia & tentationes instructissimum. Docet enim omnium statuum mores, docet quid quisque iuxta vocationem, officium, ac vitæ rationem suam agere debeat. Docet quid liberos, quid prouinciarum rectores, quid orbis Senatores, quid Reges ac Imperatores, tam vitam propriam, quam rerum publicarum administrationem facere debeant. Atq; ita docet quid omnes

Omnes
instruit.

DE
ordin
incum
statu
condi
rat, &
slicet
naturæ,
institu
Cum
yrbum
nibus p
riatur, n
vid in
Patris V
angelium
emplum
nibus &
positus e
rem &
eadem
reperit
morta le
omni c
ad salu
rum que
præcept
tialiter
ordina

ordinum & nationum hominibus
incumbat, quibus non naturam, non
statum, non sublimem humilemque
conditionem, sed malitiam dunta-
rat, & quod prauum est aufert, vt
scilicet sancte quisque vitam iuxta
naturam, status & officij præscriptum
instituat.

Cum autem in Scriptura, quæ Dei
verbum est, omnibus omnino homi-
nibus publice propositum hoc repe-
riatur, magis consentaneum fuerit,
vt in Christi Domini, qui æterni
Patris Verbum, Scripturæ finis, Eu-
angelium viuum, quiq; nobis in ex-
emplum & omnibus mundi natio-
nibus & statibus in Prototypo pro-
positus est, vita habeatur. Quamob-
rem & in Domini Saluatoris vita
eadem virtus & admirabilis gratia
reperitur, vt in ea omnes omnino
mortales inueniant perfectissimum
omniū quibus opus habent, virtutū
ad salutē necessariarū exemplū, ea-
rumque actus & exercitia, quæ sunt
præcepti, & in quibus virtus essen-
tialiter consistit, verbi gratia humi-
litas,

Sic &
Christus
Dominus,

litatis, mansuetudinis, patientie, castitatis, iustitie, fortitudinis, perseverantiae, misericordiae, caritatis &c. contemplentur. Has, quae omnibus necessariae & convenientes sunt, omnes in Christo, modumque ac passionis mysteria sequuntur, idque in summo perfectionis gradu, & varia singularum exemplis uti ante, de affectibus imitationis agendo declarauimus reperiuntur. Quae autem & exercitia virtutum, quae praecipue non sunt, nec omnibus necessaria, nisi quod media sint & auxilia, quibus virtutes earumque perfectio comparentur, qualia sunt abstinentia, ciborum communium abstinencia, ieiunia extraordinaria, penitentiae rigores, nuditas & exteriorum bonorum inopia, uti ante diximus in vita Christi, iuxta suam quaeque capacitatem & statum reperiuntur. Quae minores, nec extraordinaria sed eadem reperiunt, se legem diuinam & Ecclesiae praecipua seruando, & iam communes comederdo

Viuentes vitam communem.

& cum
nem co
inter h
ijs agen
ribos,
emplo a
que ac
bus ded
gradiar
ta quae
ant.
Qui
ctiores
iam vi
quae fib
chi &
dediti
plum h
contin
sine vl
gisse;
nem ic
nes &
cellissi
integr
egisse
tia ad
&c

& cum alijs conuersando, salutem consequi posse. Christus namque inter homines commorando, cumque alijs agendo, & vulgares comedendo cibos, hanc vitæ rationem suo exemplo approbavit, consolationemque ac spem salutis idem facientibus dedit, etiam si ulterius non progrediatur, modò in reliquis fideliter ea quæ seruare tenentur, compleantur.

Qui ad altiora, vitamque perfectiorem vocati sunt, in Christi etiam vita ratione quadam singulari, quæ sibi opus sunt, reperiunt. Mona- Monachi & Anachoretæ vitæ solitariæ chos & Anachoretas. dediti admirabile pro se hic exemplum habent, ubi quadraginta illum Matth. 4. Mar. 1. Luc. 4. Mar 6. Luc. 6. 21 Ioan 6. continuo dies in solitudine solum, sine vlllo mortalium commercio egisse; & postquam iam prædicationem incepit, post diurnas fatigationes & labores, noctu ad montes cõcessisse à discipulis sequestratum, & integras noctes orando vigilẽ transegisse vident. Quòd autem à pueritia ad vsque annum tricesimum, quò

se ma-

se manifestare Israeli coepit, vita
solitariam in eremo, Ioannis Bap-
tistæ exemplo non duxerit, maior
virtutis exercendæ gratiâ id factum
Maior namque haud dubiè virtus
fuit humilitas, obedientiaque quæ
in oppido Virgini Iosepho quæ
temperando, virtutesque & gratia
occultando, & ab alijs contemptum
exercuit, quàm vita solitaria fuisse
ac magis opus fuit mundo, vita
humilitatis & obedientiæ exem-
plum, quàm ut maiori solitarij ex-
emplo fuisset solitariam vitam
stando.

Ieiunijs
extraor-
dinarijs
deditos.

Qui ad aspera & extraordinaria
ieiunia vires habent, hic quod in-
tentur inueniunt; nullum quippe
se potest ieiunium strictius, quàm
XL. ipsos dies sine vlllo cibo potus-
traducere. qui abstinentiam colunt,
paucisq; contenti viuunt, nec de-
licatiora sectantur, sed viliora, &
quibus interdum quod comedant
non suppetit, hic item suum exem-
plum habent. hic siquidem Regem
glo-

gloriz, quando cum suis comedebat
 discipulis, hordeaceum comedere
 videbunt panem, eumque adedè exi-
 guum, ut non nisi quinque panes hor-
 deaceos & duos pisciculos vespere
 ipse ac duodecim discipuli post di-
 urnas fatigationes haberent, & in
 porum sola suppeteret aqua. Quem-
 admodum in miraculo illo quinq; pa-
 nes euidenter apparet; nam Domi-
 nus, ut refert Marcus, impredientibus
 turbis, quæ ad ipsum vndiqua-
 que confluebant, cum die tota cibi
 sumendi tempus occasionem ve non
 habuisset, circa vesperam cum disci-
 pulis in desertum se contulit, & in
 comneatum omnium non nisi quin-
 que illi panes & duo pisciculi sup-
 petebant, è quibus postmodum mul-
 tiplicatio illa admirabilis facta. Cū
 autem vinum nõ multiplicarit, nec
 ipsum discumbentibus dederit, eui-
 dens est, id minimè suppetijisse: cer-
 tum est enim Apostolos, id ad manū
 non habuisse, cum ipsum discumbē-
 tibus non propinarint. Quin & ci-
 bus ille dimensus & secundarius in-
 terdum

Marc. 6.

terdum etiam illis deerat, ita scilicet disponente Domino, quod abundantiam paupertatemque amplius exerceret: exemplo sunt Apostoli

Matth. 12. tritici spicas per viam carpentes

Mar. 2. easdemque in cibum purgantes, quibus

fame pressos illos fecisse Evangelista referunt. Hæc autem fames

erat, ut cum factum hoc carpentes

Pharisæi, ipsos Dominus excusavit

necessitate illos à Sabbathi obligatione

excusari, quemadmodum

Dauidem eiusque comites olim

panibus propositionis comedentibus

asserens. Interdum etiam, quando

menta deessent, nec à quoquam

uitarentur, extremam famem patiebantur,

& non nisi post vesperam satisfactionem

sumebant. unde Martini ait, Dominum cum in festo Palmæ

in templo ad usque vesperam doceret,

circumspexisse & vidisse, postquam

vidisset Ierosolymam

postquam vidisset Ierosolymam

thaniam noctis sub crepusculum pertransiisse.

videbat autem & circumspiciebat, ut ait Glossa, num à quoquam

inuitaretur: cum que à nomine sancti

inuitaretur: cum que à nomine sancti

inuitaretur: cum que à nomine sancti

inuitaretur: cum que à nomine sancti

...uicari cerneret, quod serum esset, in
Bethaniam sumpturus cibum se cō-
tulit. Si autem hoc eo factum die,
quo tanto cum plausu & veneratio-
ne exceptus est, quid alijs factum
debemus putamus? Ecquæ autē maior
esse potuit abstinētia, quā qualē
in passione exercuit, quando sc. cūm
vixq; vesperam ieiunus ageret, &
vix vehementissima torquetur, felle
ac aceto ieiunium soluit?

Insignes item sanctæ paupertatis
et omnium rerum contemptus ama-
tores in vita Christi clarissima ex-
tremæ paupertatis exempla reperi-
ent. videbunt inquam filium regis,
& ipsum cœlorum ac terræ regem
in vili nasci stabulo. Visum quidem
hactenus, aliquos in Pastoritijs na-
tos casis ad regnum euectos esse; ve-
rum Regis filium & tantum Regem
tunc in paupertate nasci, hactenus
nec visum est, nec videbitur vnquā.
Toto quoque vitæ tempore, domo
caruit, & supellectile, & faculta-
tibus, ut & ipse significabat, dum

sanctæ
Paupertatis
Sectatores.

Matth. 8.
Luc. 9.

L dos,

dos, Filius autem hominis non habet in se primum
 ubi reclinet caput suum. Quis vult proinde,
 in mundo adeo fuit pauper, qui totum cibum
 vitæ tempore nihil haberet, aut tantam rem
 reditate aut aliorum donatione, aut alia
 alia ratione ad se deuolutum, aut alia
 Christus Redemptor noster? qui totam vitam
 quam aliqua habuit, nec possidet, nec voluit
 bona, sed solas, quas à pijs ad vitam dicentem
 suam suorumque sustentandam accepisse con
 cipiebat, eleemosynas: atque in parte & fut
 mox ut à sancto Iosepho nutritus modo ill
 suo se sequestrauit, & prædicare voluisse:
 edere miracula cœpit, præter eleemosynas in veste in
 mosynas nihil habebat. Hinc ab illis dicit. Si au
 petentibus publicanis didrachmas intueri ve
Matth 17. cum quod daret, non suppeteret, sed poterit in
 trum ad mare misit, ut staterem in zona, & d
 in pisce capto reperiret, in tribus de quaque
 solueret. In quæ verba D. Hieronymus moriatur
 mus ait, Exemplo nobis est & zelus. Qui a
 cationi, tanta Domini nostri patris & in Dei
 pertas, ut, quod, pro se suisque tribus recrescen
 tum penderet, non haberet. Et veritas speritati
 simile fit, eum, qui Apostolos ad prædicandum
 prædicandum mittens aurum & argentum re
 gentum in zona habere illos veteris caritatem
 in

in se primò illud exactè seruasse. Ac
proinde, vti pàuper fait circa domũ
& cibum, ita etiam quoad vestem;
nam etsi vestis eius, vti diximus, è
lana aut lino, more aliorum, conte-
nata esset, tamè vilis & secundaria e-
ra. Atque hoc Euangelistam signifi-
care voluisse, docet Chrysostomus,
dicentem, vestem Domini desuper
fuisse contextam *per totum*, sine vlla
arte & futura: atque hoc loquendi
modo illius vilitatem exprimere
voluisse: nam vti in reliquis, ita &
in veste insignem paupertatem ostē-
dit. Si autè quam in morte ostendit
inueni velimus paupertatem, quis
poterit imitari? cùm qui vestit sin-
gula, & dat esse omnibus, totus vn-
dequaque saucius, palam nudus e-
moritur.

Hom. 84.
in Ioan.
c. 19.

Taulerius
de Passio-
ne c. 39.

Qui ad carnem mortificandam,
& in Dei amore & omnigena virtu-
tate crescendum, graui poenitentia &
asperitatibus sese macerant, incom-
parabile hic exemplum, quod imi-
tari non poterunt reperient. Inspician scilicet
illos veteres ac frigus præsepis, asperi-

Omni
mortifi-
cationi &
asperitati
intendē-
tes.



tatem ac rigorem deserti, immer-
 passionis tormenta & opprobria,
 quos assiduo, ex omnium hominum
 quæ semper ob oculos habebat se-
 leribus, sentiebat dolores. Hinc
 licet perspicent, quàm omnis
 Christi ab omnibus delicijs & con-
 solatione terrena aliena fuerit, quæ
 que omni asperitate ac poena interio-
 riori & exteriori plena. Nam ex
 quod de tanti rigoris exemplis
 angelistæ narrarunt, facile collige-
 re licet, quid in reliquis vitæ eius
 quos tacuere, actibus factum sit.
 Tametsi autem par fuerit, ut
 semper eundem ubique asperitatem
 exterioris tenorem modumque fer-
 uaret, quò omnibus hominum or-
 nibus exemplo foret, ut diximus
 certum tamen etiam est, omnem
 tam Domini, quod infinità dire-
 esset sapiētiam, magnam inter se pro-
 portionem & consonantiam habuisse,
 ut intermedia & post secun-
 præsepis duritiei, prologo & sacrat-
 tissimæ passionis fini & epilogo re-
 spóderet. Inter ceteras autem aspe-

Nudipe-
 des.

ricates, & hanc in eo nota, quòd
semper nudipes inceserit, vel, vt nò
nemo sentit, sandalijs insistens, vt
suprema saltem pedum pars nuda
pateret; quod sanè corpori delica-
tissimo, & tempore brumali, duris-
simum fuit: Confirmat id, inter ce-
tera testimonia, ipse ore suo Domi-
nus, dum Apostolos ad prædican-
dum missos hoc modo incedere vo-
luit, dicens. *Nihil tuleritis in via, ne-* *Matth. 10.*
que calceamenta. et si sandalia eos ge- *Marc. 6.*
stare, quibus infima pedum tegeren-
tur, permiserit. Quoniam autem
prudentissimus magister prius agere
quam dicere solet, verisimile fit, nu-
dipedem illum fuisse, aut solis san-
dalijs pedes texisse. Obseruat id
Hieronymus ad Eustochium hoc
modo scribens: Misit Christus ad
prædicandum discipulos nudipe-
des; & sanè ipse calceos gestasse non
debit, cum seruos suos eosdem ge-
stare vetuerit. Cùm igitur rem tam
asperam ac duram Euāgelistæ silen-
tio inuoluerint, certum est, & alia
magnæ poenitentia opera, quibus

246 FRANC. ARIAS CAP.
pro peccatis nostris Dominus
fecit, pia fidelium contempla
eadem relinquentes, tacuisse.

CAPVT XX.

*In quo eadem sacra Scriptura
vita Christi Redemptoris summi
do deducitur.*

EX ijs quæ iam commemorata
sunt, euidentissime conueniunt,
vitam Redemptoris Christi
magnam cum sacra Scriptura
re conuenientiam: quod scilicet
hinc tam sublimes virtutes, ut
nitis partibus omne id ad quod
tingere homo queat, excedant, et
tineat, omniaque exercitia, quæ
ximè ad virtutes conducunt, et
magni eximijque sancti imitari
sunt, admodum singularia com
hendat: illinc verò communia
beat, quæ iusti omnes etiam magis
imbecilles & omnium statum
mitari queant: Ac proinde in
hic bonitas & sapientia Christi
lucescit, quod vitam omnibus

lem conuenientemque duxerit, vt
 omnes omnino in eadem exem-
 plum, remedium, spem, solatiumque
 reperiant, quo suo quisque sta-
 tui & officio debite satisfaciat. Re-
 ges siquidem hic salutis spem inue-
 niunt, si modò status sui regulas ob-
 seruent: Christus namque rex fuit.
 Item potentes & iudices terræ, cum
 ipse cælo terraque fuerit potentis-
 simus, & vniuersalis viuorum ac
 mortuorum iudex: diuites quoque si
 diuitijs rectè vtantur, pauperibus
 succurrendo. nam Christus, quoad
 potentiam & auctoritatē, omnium
 diuitiarum mundi fuit Dominus.
 pauperes & afflicti hic consolatio-
 nem & spem inueniunt: nam ipse
 cum diues esset, sponte & vltro fa-
 ctus est pauper, suaque vita omnes,
 quæ ob virtutem suscipiuntur pœ-
 nas ac tribulationes consecrauit.
 Item qui officia exercent humilia,
 mechanici, opifices, serui & famuli
 singulare in ipso solatium reperiunt,
 cum enim esset altissimus, ad mini-
 strandum, obediendum, suisque ma-

Christi
 vita, lux
 & solatiū
 omnibus.

248 FRANC. ARIAS CAP. XI
nibus sancto Iosepho succurrens
se humiliavit. O sacratissima Chri-
sti in carne mortali vita! facile
paruit, vitam esse eius, qui cum ho-
mo esset, verè simul erat Deus, vixit
tè cum sapientissimè se omnibus
commodando conformandoque
quo omnibus remedium & salutem
afferret, venerit.

Notanda est insuper & alia qua-
dam diuina, magniq; mysterij co-
ditio, in qua Christi vita diuina
Scripturæ persimilis fuit: nempe
quod quamuis ineffabili & celesti
sapientia simul & solatio, ac suauita-
tate diuina plenissima sit, nõ tamè
benè hanc sapientiam percipiunt,
nec consolationem persentiant, nisi
qui de diuino spiritu, quo scripta
reuelata fuit participant: qui vero
hunc spiritum copiosè participant,
hi altissima Scripturæ mysteria pe-
netrant, & quam maximè eadem
degustant. hi sunt, qui attentè sacra-
litteras legendo, in iisdem immen-
sum sapientiæ ac suauitatis pelagus
detegunt. Adeundem modum; est
vita

Sed non
nisi Spiri-
tū Christi
habenti-
bus.

DE ORAT. MENTALI. 249

vita & Passio Christi Domini altis-
simis mysterijs & vitę æternę exem-
plis, omni hominum statui & cōdi-
tioni cōuenientissimis, gratiamque
& ineffabilem virtutē, pulchritudi-
nem, spem & diuinā consolationem
spirantibus referta sit; hæc nemo
tamen nisi qui eundē spiritū & sen-
sum Christi participant, quiq; cor-
de & affectu cordi & affectui Chri-
sti Domini cōformes & pares sunt,
degustant aut sentiūt. Superbi enim
& ambitiosi vanorum mundi hono-
rum amatores, auari, & auidi diui-
tiarum corrogatores, deliciarum ac
voluptatum carnalium sectatores,
vindictęque cupidi, nec spiritum
Christi habentes summam puritatē,
pulchritudinemque vitę Christi,
non percipiunt, nec ineffabilem e-
iusdem suauitatem gustant. vita
namque & Passio Christi condem-
nat ea, quę ipsi amant & sapiunt,
docetque econtra, ea quę abhorret.
at humiles, mansueti, misericordes,
mortificati, & patientiā in cruce tri-
bulationis exercitati, spiritum

L 5

Chri-

250 FRANC. ARIAS CAP. X
Christi habentes, hæc Christi
steria considerando eorūdem ma-
statem, gratiam, admirabilem vir-
tem, summam pulchritudinem,
perfectionem, quæ in iisdem respici-
det, vident, ac persentiunt, & ma-
gno cum affectu ineffabilem eorū
suauitatem degustant; illisque
uissimè humilitas, paupertas, ma-
suetudo, & tota crux Christi
quoq; hæc maiori cum humilitate
contemptu, paupertate, derelictio-
ne, verecundia, & dolore contem-
rant, tanto illis eadem dulcius
piunt, atque in amore diuino magis
excitantur. Nam eò magis eius
bonitatem, & infinitam caritatem
perspiciunt, eoq;e clarius reipse
experientia vident, quàm in factis
simæ eius vitæ ac passionis mysteri-
conueniens & efficax ad nostram salu-
lutem, nosq;e docendos, & omnes
virtutes exercendas remedi-
um contineatur.

CAP. XXI.

*De petitione, & quomodo & quando
eadem in horum mysteriorum con-
sideratione adhibenda.*

CV M de sanctis quos è sacro-
rum horum mysteriorum cõ-
sideratione haurire debemus
affectibus egerimus: & cum petiti-
o una sit partium orationis, visum est,
& de eadem breuiter agere, & de-
clarare, num præter petitionem,
quam in principio & fine cuiusque
mysterij facimus, & dum orationem
Dominicam & salutationem Ange-
licam recitamus, aliquid aliud quã-
do hæc mysteria meditamur hoc tẽ-
pore petere oporteat. Dico ergo,
præcipuum quod in horum myste-
riorum consideratione spectamus,
non esse, petere, (quod est intelle-
ctus operatio) sed ad sanctum ali-
quem affectum, verbi causa, amorẽ
diuinum, gratitudinem, aut alium
quempiam eorum quos descripsi-
mus moueri, quæ sunt operationes

voluntatis, & primariarum in quibus perfectio Christiana consistit virtutum actus. Atque hoc potius est quid recipere quam petere. nam affectus excellentissima sunt dona. Cùm ergo in meditatione voluntas sancto aliquo horum affectuum excitatur, certissimum est, insignis nos à Deo beneficium consequi. Hæc autem affectus primaria sunt orationis pars, loquendo scilicet de oratione in lata significatione, in quantum quatuor illas partes, quarum S. Paulus meminit, comprehenditur, orationem, obsecrationem, gratiarum actionem, & postulationem. Atque hæc singulariter orationis nomine intelligimus, dum pro aliqua harum quatuor partium accipitur, & à petitione distinguitur. Sic enim dicitur oratio ascensio & elevatio animæ ac mentis in Deum, quamvis intellectu fiat & considerando, magis tamen principaliter voluntate & amando, & alio se affectu excitando, qui ad Deum illum sustollat, peragitur. Verùm et si me-

1. Tim. 2.

Quid proprie oratio, ut distinguitur à petitione.

D. Thom. 2. 2. q. 83. a. 17.

ditatio primariè, ad petendum non
 instituitur, ipsam tamen omitten-
 dum nō est: primò scilicet circa ini-
 tium (vti dictum est) petendo à Deo,
 vt sanctos hosce nobis affectus, quos
 è meditatione eruere volumus, con-
 cedat: dein vbi nos excitatos videri-
 mus, & affectus ad virtutis alicuius
 desiderium inflammatus sit, tunc in-
 teriori illo desiderio, verbum nullū
 proferendo, hanc à Deo virtutem
 petere possumus. Tum quoq; oportu-
 num & vtile fuerit, ea quæ ad bo-
 num Ecclesiæ & proximi, pro quo
 caritas suadet, vt oremus, spectant
 petere. Atque hic inter ceteros ex-
 cellentissimus est meditationis fru-
 ctus, eò quòd petitio, quando deuo-
 tionis abest affectus & ardor, frigi-
 dè, & repidè fieri solet: at vbi san-
 ctis anima affectibus incēsa est, fer-
 uenti eandem desiderio peragit, &
 illo virtutes & dona, quæ sibi desi-
 derat, à Deo postulat. Tum verò pe-
 titio est ad obtinendum efficacior:
 præcipuum enim quod Deus spe-
 ctat, ipse est affectus & desiderium,

Initio me-
 ditatio-
 nis adhi-
 benda pe-
 titio est,
 & in fine.
 Dionys.
 Carthusi.
 1. de con-
 temp. c. 48

Et cum
 flammam
 boni affe-
 ctus sen-
 timus.



quo quid ab ipso petimus: & quoniam optimum ad petendum tempus est, quando Deus inspirat, quae petenda sunt, & petendi in nobis affectum excitat. Possumus item etiam petitionem adhibere, quando in mysterij consideratione voluntatem frigidam, nec vlllo trahi affectu videmus: tum quippe desiderio affectuoso petere possumus, ut sanctum nobis Deus affectum quem desideramus (cum eius sit donum) concedat, ut quae ipse voluntatem nostram excitet, cum ipse solus plenum eiusdem dominium habeat. Ac tum etiam hoc affectu facta petitio multum iuuat, quo scilicet agnoscat homo sanctum illum quem sperat affectu à seipso se non habere nec habere posse, sed à Deo à quo petit, illum prouenire debere. Haec autem humilitas magis animam ad Dei donum recipiendum disponit.

Et cum
frigemus.

Sed cum
filiali hoc
faciendū
fiducia.

Quando autem hoc modo interiori desiderio à Deo quid petendum confidenti & filiali id fiat animo oportet, non secus quàm si à Patre benedat, n

nigilissimo, qui benignè petentem
 audiat, & libentiùs dare quàm pe-
 tens accipere illud velit, id postu-
 let. Cogitet quoque, ad excitandam
 illam fiduciam, & corde confidenti
 petendum, quidquid à Deo petit,
 hoc ipsum nobis Christum Domi-
 num Passionis suæ pretio comparas-
 se ac promeruisse. nam in hac the-
 saurus & infinitum bonum consistit;
 qui non modò nobis peccatorum
 veniam, (modò poenitentiam pro
 iisdem agamus) & gloriam, (modò
 rectè viuamus, & ipsum imitemur)
 promeruit; sed & ipsam peccatorum
 contritionem, & quæ ad eandem ha-
 bendam opus sunt, omnes bonos &
 sanctos virtutum affectus, omnia
 earundem opera & exercitia, omne
 lumen & robur, gratiam & auxilia
 supernaturalia, quæ ad virtutes ob-
 tinendas, exercendas, & in ijs perfe-
 verandum & Christum imitandum
 necessaria vtiliaque sunt compara-
 uit. Omnia nobis Christus iam pro-
 meruit: quare vt nobis illa conce-
 dat, nihil requiritur amplius, quàm
 vt ipso

D. Thom
 1.2. q. 114.
 4.6. p. 3 q.
 62. ar. 3.
 & de ve-
 ritate q.
 29. a. 7.
Vega in
conc. Triid.
 lib. 4 c. 4
 5. & 6.

vt ipso iuuante, nos vt oportet
eadem accipiēda disponamus: quod
agimus, dum hæc mysteria medita-
mur, tunc enim disponimus nos
accipiēda, quæ nobis Christus pro-
meruit .. id ipsum quoque agimus
quando quid petimus: nam deside-
rare & petere donum magna est
ipsum obtinendum dispositio.

Alias nō
Petitioni
vacandū;
sed.

*In constituto
Monastic.*
6.2.

Hoc porrò quod dixi in oratione
mentali nihil esse petendum, sed
sanctum amoris, gratitudinis, ho-
militatis, affectum ceterosque exer-
cendos, etiam consulit S. Basilianus
his verbis: Duo orandi modi sunt: v-
nus vt glorificetur Deus, ipsum be-
mando, & gratias beneficiorum eius
recordatione agendo, homo vero
è contra se humiliet culpas suas &
miserias in mentem reuocans, alter
vt quid à Deo petatur. Proinde
quando te ad orandum dabis, inquit,
petendo nolis occupari, sed Dei
maiestatem eiusque beneficia &
mysteria considera, vt ita ad ipsum
amandum glorificandumque excite-
ris: item delicta tua volue, quæ pro-
fecto

fecto plura sunt, quàm putes. Perpende etiam pœnas quas pro peccatis meritus es, atque ex hac consideratione te ipsum humiliare & despicere velut quid inutile, disce. quæ vbi compleris, quæ tibi vtilia fuerint petas licet. Hæc Magni Basilij sententia: qua docet, præcipuum quod in oratione mentali prætendimus, quodque exercendum est, esse affectum amoris, gratitudinis, humilitatis & aliorum similium, quos exposuimus, ex attenda perfectionum, operum, ac mysteriorum diuinorum consideratione excitationem. Postquam autem anima sanctis his affectibus mota fuerit, & potissimum orationis tempus ijs impenderit, ad tempus Deum oret, vt quibus ipsa opus habet concedat, & sanctos Patronos velut Mediatore, hæc vt à Deo sibi obtineant, interponat.

In Meditatione excitandi affectus.

Hæc autem animæ, quando motam se & excitatam ex cordis affectu sentiet, à Deo petenda sunt, vt scilicet sanctæ fidei in se donum augeat & perficiat, speciale sibi lumen dando, quo

Quæ petenda. Vbi petendū.

258 FRANC. ARIAS CAP. XI
do, quo maiori cum firmitate & caritate res fidei, earumque rationes & fundamenta percipiat & penetret: ut in se feruorē caritatis augeat, quo se totam occupet & incendat omnemque amorem proprium & ordinatum consumat ac destruat: ut inuicem item augeat gratiam, quod illi fiat gratior, maiori que robore & efficacia operetur que sanctum eius cultum concernunt: perficiat in se ipsam partem Spiritus S. dona, ut perfectior in omnibus moueatur, & à Spiritu regatur: det sanctum filialem timorem, simul & profundam humilitatem, qua diuina dona conseruet, obedientiam perfectam, qua totaliter sanctissimæ se eius voluntati subiciat; denique Deum Patrem oratione perfectam sibi vitæ passionisque Christi Domini, Filij sui uigenti imitationem concedat, ut illi imitatus, in quantum humana permitteat imbecillitas, conformis, & in beatitudine etiam similis inueniatur.

CAPVT XXII.

Quomodo in horum mysteriorum consideratione virtutes & merita Christi aeterno Patri Christianus offerre debeat, vt quas desiderat virtutes & dona consequatur.

VT autem virtutes, quas seruus Dei à Deo in horum mysteriorum consideratione inflammato affectu petit ac desiderat, melius, maioriq̃e cum facilitate & efficacia consequatur, maioriq̃e postulet cum fiducia, vtile imprimis fuerit, cum easdem petit & desiderat, Deo Patri hoc nomine sacratissimæ humanitatis Christi Domini virtutes & merita offerre: hoc modo: si desideret caritatem, patientiam, humilitatem, castitatem, obedientiam, misericordiam, prudentiam, fortitudinē & virtutes alias, offerat Deo Patri caritatē, humilitatē patientiā & alias virtutes, quæ in vnigeniti Filij eius vita & passione reuocet, obsecrans & orās, vt ob virtutes
has

has adeò perfectas & oculis
gratas, virtutes, quibus ipse op
imprimis habet concedat. Si petat
superbiam, impatientiam, volupta
tes & delicias nimias, verbaque
ordinata sibi ignosci, Deo Patri
sui humilitatem pro superbia, pati
entiam pro impatientia, tormenta
pro illicitis voluptatibus, silentium
pro verbis effusis & infreni lingua
ad scilicet tam infinito pretio faci
faciendum, tamque altis & per
ctis virtutibus defectus suos suppl
dos offerat. Si petat vt bona opera
afflictiones & tribulationes qua
suffert, accepta sint ac merita
coram Deo, desiderio meditand
opera sua bona cum operibus & vir
tutibus Christi, suasque poenas
Christi tormentis coniungat, atque
ita vnitas Patri æterno offerat, vt
per vnionem cum operibus dilecti
simi Filij sui, easdem in odore
suauitatis admittat.

Ita scilicet è vita & Passione
Christi Domini nostri, efficacissima
ad omnia mala sua consumenda, se
cedat

DE ORAT. MENTALI. 261

que bonis omnibus & gratijs spiri-
tualibus locupletandum remedium
homo elicit. Cum enim ipse sit no-
strum caput, & quidquid egerit aut
passus sit in mundo, Deo Patri pro
nobis ipse obtulerit, fit teste Apосто-
lo, illius ut iustitia nostra sit, & san-
ctitas eius nostra, virtutes eius no-
stræ: non tamen quod alia nobis san-
ctitas & aliæ virtutes ab eius distin-
ctæ non dentur. Est quippe de fide,
iustis virtutes infusas dari: illosque
iustitiam & sanctitatem habere a-
nimæ in hærentem, per quam iusti
sunt, sed ita iustitia & virtutes Chri-
sti nostræ dicuntur, quod omnis il-
larum valor & pretium cedat nobis,
& quod per Christum illæ nobis
virtutes dentur. atque ita eius iusti-
tia nostræ sit causa iustitiæ, eius san-
ctitas sanctitatis nostræ, illiusque
virtutes nostrarum. Quas dum Patri
æterno, uti diximus, offerimus, hoc
iure utimur, & ab illo obtinemus,
nostra ut delicta demittat, defectus
tollat, gratiam suam & virtutes cõ-
cedat, bonisque operibus valorem
ac me-

*1. Cor. 1.
Concil.
Trident.
sess 6. c. 16.
Can. 10.
Christi
Iustitia
quomo-
do nostræ,
& ceteræ
virtutes.
Oblatio
meritorū
& virtutū
Christi
quàm ef-
ficax.*

ac meritum attribuat. Tamen enim gratiæ & caritatis unio, qua Christo iustus vnitur, ad bonis operibus valorem, meritum & satisfactionem dandam, per media quæ Christus constituit sufficit: tamen vbi gratiæ habituali iungitur actualis & viuua operatio, consideratio & unio- nis huius desiderium, fit vt bonorum operum valor & meritum, & laborum nostrorum satisfactio longè sit maior. Hinc documentum hoc ad vitam spiritualis magistris & informatoribus commendatur, & Sanctis tam frequenter vsurpatum est, vt se-

*S. Gertru-
lib 3 c 74
Dionys.
Carth. cō-
tra inord.
cord a. 25.
Lanßperg.
in Phare-
tra.
Serm. 22.
p 43 in
Cantic.* ipsum fecisse D. Bernardus testatur. lam inde ab initio, inquit, conuer- sionis meæ, ex omnibus Saluatoris & Domini mei Iesu poenis falciculu- lum meritorum compegi, vt offerrem Deo Patri pro ijs, quæ mihi deerant, alio autem loco dicit: Vbi video in- stitiam meam non sufficere, sed debi- cere, & merita mea debilia, & vir- tutem meam infirmiore, non pro- pterea turbor, aut animum despon- deo, aut despero, scio quid facturus sum

sum, quidque mihi defuerit, a Christi Passione mutuor.

CAP. XXIII.

Non pro se solum Christi virtutes petere ac eius merita Deo Patri offerre, sed etiam pro proximo, homo debet.

Quo verò hæc petitio & Christi meritorum virtutumque æterno Patri oblatio, illi fiat gratior animæque fructuosior, non satis sit homini, vbi hos in se affecto experitur, has sibi soli duntaxat virtutes petere, aut Christi merita ac virtutes pro se solo offerre, nisi simul finem caritatis dilatando, & misericordiæ viscera aperiendo, hæc primò Ecclesiæ vniuersæ petat, quàm affectuosissimè contendens, vt hanc ipse Deus per vniuersum terrarum orbem extendat, in sui amore ac fide augeat, ac virtutibus florentem efficiat. Deinde primarijs eiusdem capitibus, tam spirituales, quàm temporalibus, scilicet Summo Pontifici, Episcopis, Prælati, Regi-

*Petendū,
& merita
Christi of
ferenda,
pro viuīs,
&*

Regibus ac Principibus Christianis
 à Deo postulando, verum vt illi
 gloriæ suæ zelum & perfectam car-
 ritatem, vt benè, velut viri secu-
 dum cor ipsius, suos gubernent, cō-
 cedat. Ad hæc omnibus Ecclesiæ
 tibus, Clericis, Religiosis, com-
 munitibus, coniugatis, quò copio-
 ijs detur gratia, vt integrè status
 partes compleāt, & munia sua per-
 fectè exequantur. Item inimicis Ec-
 clesiæ, Hæreticis, Iudæis, Saracenis
 ac reliquis infidelibus, quò sancti-
 simæ fidei suæ lumen ijs oriri per-
 mittat, & ad salutare Ecclesiæ
 gremium ipsos pertrahat. Com-
 mendat post singularium Deo ne-
 cessitates, eorum præsertim, ergo
 quos ipse particulariter obligatus
 est, aut singillatim honorem debet
 & præsertim eorum, qui sui fuerunt
 inimici, aduersarij, aut iniuriam al-
 quam intulere. Nam oratio pro ip-
 sâ fusa & Deo gratissima, & ingenti
 suauitatis est sacrificium. Ijs autem
 à Deo dona & virtutes petendo, e-
 dem operâ Patri æterno Christi Do-

D
 mini
 meli
 nea
 facie
 & alia
 factur
 causan
 Christi
 coniu
 & virt
 riam su
 fix ali
 bonum
 purgat
 orand
 agunt
 eripia
 No
 at, n
 sit, alic
 habet
 quin p
 suam a
 quipp
 primò
 meret
 quæ in

mini merita ac virtutes offerat, quò
melius postulata, vti diximus, obti-
neat. Cum petitione autem quam
faciet, offerre etiam rosarium hoc,
& alia quæ post recitaturus, & quæ
facturus est opera, & quas eadem ob
causam sustinebit molestias, potest,
Christi meritis & virtutibus omnia
coniungendo, & in horum vnione
& virtute eadem Deo Patri, ad glo-
riam suam, & ad vniuersalis Eccle-
siaz aliorumque pro quibus orauit,
bonum offeret. Eadē & erga animas
purgatorij caritas exercenda, Deum
orando, vt à grauissimis, in quibus
agunt, cruciatibus ac tormentis eas
eripiat.

Pro fide-
libus de-
functis.

Non est autem, quòd quis metu-
at, ne eò quòd erga alios liberalis
sit, aliquid eorum, quibus ipse opus
habet, sibi que desiderat, amittat:
quin potius hoc pacto melius rem-
suam agit, pro alijs orando. Triplicē
quippe oratio iusti effectum habet.
primò maiorem gratiam & gloriam
meretur; dein satisfacit pro pœnis,
quæ in purgatorio luendæ sunt: qui

Pro alijs
qui orat,
non ipse
se fructu
priuat.

Triplicis
Orationis
effectus.
Mereri,
Satisfacere,
Impe-
trare.

M duo

P. XXIII
Christiani
um vt illi
fectam co
viri secun
ernent, co
ecclesiaz
sis, conu
iò copio
è status
ia sua per
imicis Ec
Saracenis
iò sancti
oriri per
ecclesiaz
t. Com
n Deo no
rtim, erg
obligat
em debet
sui fuer
uriam al
tio pro
ingentia
Ijs autem
endo, et
Christi De
mia

266 FRAN. ARIAS CAP. XXII
duo effectus in omnibus boni
operibus inueniuntur. tertio vero
orationi id propriū, ut à Deo dona
obtainat. Certum igitur est, homi-
nem, quando caritate motus pro
proximo orat bono, nihil omnino
de merito suo aut satisfactione pe-
dere; quin potius, quia huiusmodi
oratio ordinariè ex maiori solet ca-
ritate procedere, maioris fit meriti
& satisfactionis, quam si pro se solo
oraret. quin etiam, quantum ad fru-
ctum impetrationis, nihil omnino
illi decedit, imò potius lucratur
nam ob illam, quam erga proximum
exercet caritatē & misericordiam,
liberalius & copiosius dona grati-
asque illi Deus quas sibi postulat co-
cedit. Si verò non illi satis sit pro
proximo orare, illi dona diuina
diximus petendo, nisi & simul illi
bonorum operū, orationum, & de-
uotionum suarum applicet satisfac-
tionem, hæc pro eo atque imprimis
animabus in purgatorio gementibus
offerendo, tunc, etsi fructum satis-
factionis sibi non lucretur, sed pro-

ximo

ximo viventi, aut animæ in purgato-
rio patienti eum conferat; tamen
hunc sibi fructum, ut nempe maio-
rem gratiam & gloriam obtineat, Pro alio
qui satisfacit, sibi
meretur & impetrat ma-
gis. lucrat. hic enim communicari al-
teri nequit. Nec solum æquali illam
gradu lucrat, verum ordinariè, o-
pus hoc pro proximo offerens, ma-
gis sibi promeretur. nam uti dixi-
mus, communiter hoc à maiore ca-
ritate nascitur.

Hoc igitur modo petitionem Dei
serius exerceat. Atque hæc sunt, quæ
tum sibi, tum proximo petenda sunt.
si autem tempore illo, quod oratio-
ni mentali horumque mysteriorum
considerationi præfiniuit, petitioni
faciendæ locus non fuerit, eò quòd
totum id sensui & affectui quem è
meditatione haussit, impenderit, ni-
hil refert, nam omni tempore & lo-
co illam orationis partem, quam
petitionem vocamus, peragere pos-
sumus. præsertim si interiùs eam fa-
ciamus: cor enim omni tempore &
loco ad Deum sustollere possumus,
tam nobis, tam proximo, erga quæ
M 2 hanc

Orare pro
proximo
Sanctorū
est.

hanc exercere caritatem volumus
dona & charismata cœlestia peten-
do: Hunc affectum porrò & studium
desiderandi, petendi, & non sibi soli
sed & proximo laborandi, omnium
Sanctorum suorum cordibus Chris-
tus impressit. Ita de se hoc testatur

2. Tim. 2.

Apostolus, dicens: Omnia sustinui
propter electos, ut & ipsi salutem con-

1. Cor. 10.

sequantur, quæ est in Christo lesa
cum gloria cœlesti. & alio loco: non
querens quod mihi vtile est, sed quod
multis, ut salvi fiant. Quod autem
ipse faciebat, & omnes fideles facere
vult, eos rogans, ut in hoc se imi-

1. Tim. 2.

tentur, ut ipse Christum imitabatur,
dicens, Obsecro primum omnium fieri
obsecrationes, orationes, postulatio-
nes, gratiarum actiones, pro omnibus
hominibus, pro regibus & omnibus qui
in sublimitate sunt, ut quietam &
tranquillam vitam agamus, in omni

1. Cor. 10.

pietate & castitate. & alibi, Nemo
quod suum est querat, sed quod alteri-
us, id est, Nemo suo duntaxat com-
modo, aut consolationi, sed & pro-
ximis rebus studeat, pro omnibus o-
rando

rando eosdem ædificando, & prout
potuerit omnibus benefaciendo.



PARS TERTIA.

IN QVA AGITVR,
DE IIS, QVAE IN SAN-
CTO HOC ORATIONIS
mentalis exercitio, & Sanctorum
mysteriorum consideratio-
ne seruanda sunt.

CUM dixerimus, quomodo ad
sanctum hoc exercitium para-
re se debeat anima, deq. rebus
qua meditationis tempore consideran-
da sunt: & cum affectus quos hinc eli-
cere debet, prosecuti simus; iam ali-
quot documenta quibus homo in hoc
exercitio iuuari, meliusq. proficere
possit, & quibus dubia quæ aliquibus
forsan hic occurrant, declarentur, &
aliquot errores ac defectus, qui hic con-
tingere possint, impediuntur, propone-
mus: Nam quoniam exercitium hoc